ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XXIX - SERIES II - VOL. IV

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XXXVII

T

"T

4--

Í

An. et vol, XXIX 20 ianuarii 1937 (Ser. II, v. IV) - Num. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PH PP. XI

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A BEATISSIMO PATRE AD SACRUM COLLEGIUM EMORUM PATRUM CARDINALIUM, AD OMNES EXCMOS EPISCOPOS, AD ROMANAE CURIAE PRAELATOS, AD CLERUM REGULAREM ET SAECULAREM ET AD UNIVERSOS ECCLESIAE CATHOLICAE FILIOS DATUS, DIB XXIV MENSIS DECEMBRIS ANNI MDCCCCXXXVI, IN PERVIGILIO NATIVITATIS D. N. IESU CHRISTI.

Se nelle innumerevoli circostanze che snoie offrirci la Provvidenza e l'amore dei venerabili Fratelli e diletti figli Nostri e di quanti da ogni parte del mondo vengono a Noi, l'animo Nostro esulta col palpito di Padre che tutti abbraccia nel Cuore del Redentor nostro, oggi più che mai Ci sentiamo vicini e presenti al Nostro dilettissimo Sacro Collegio — il cui venerando Decano ci ha espresso in un nobilissimo Indirizzo a nome di tutti gli Eminentissimi suoi Colleghi auguri e voti quanto mai preziosi e graditi —, all'amata Prelatura Romana, anzi a tutta la grande famiglia cattolica, nel rifulgere della stella di Betlemme, nell'annuo ritorno delle sante Feste natalizie. Siamo vicini e presenti a voi e a tutto l'orbe cattolico col pensiero della mente che valica, non solo il corso del tempo, non solo le cime delle Alpi e l'immensità degli oceani, ma s'innalza oltre i mondi e le loro tempeste fino a Dio; siamo vicini e presenti con l'affetto del cuore, perchè anche il cuore non si scompagna dalla mente, anzi la segue e trae fiamme dai suoi pensieri e ardimenti, come voi ben sapete per la quotidiana esperienza della vita, venerabili fratelli e dilettissimi figli, per vincere gli ostacoli, che a desiderate presenze oppongono il tempo, lo spazio e le diverse, spesso avverse, circostanze del vivere umano.

Abbiamo già nominato le sante Feste natalizie, perchè il primo motivo che Ci fa desiderare e sentire sempre più vivamente la vostra presenza, è appunto per darvi e scambiare con voi, dilettissimi, i più cordiali auguri di ogni grazia spirituale, di ogni più santo dono, di ogni più copiosa e completa benedizione, al ritorno di quei giorni, che di tutte le grazie, di tutti i favori, di tutte le benedizioni facevano già suonare nei secoli Fora auspicata e con così lungo profondo disegno di carità e di misericordia preparata dalla Divina Bontà.

Pur troppo contro il volere di Dio, che venne a portare la pace agli uomini di buona volontà, lotta il malvolere di molti traviati e nemici del Fanciullo divino, che volle farsi carne e abitare in mezzo a noi, pieno di grazia e di verità, perchè della sua pienezza noi tutti ricevessimo grazia su grazia (Io. 1, 26). Onde Noi, già ad ogni ritorno di questi santissimi giorni, e quasi senza soluzione di continuità, ad ogni occasione dataCi di aprire il Nostro cuore non soltanto a voi, ma a tutta la grande famiglia cattolica, abbiamo sempre voluto unire agli accenti della gioia spirituale l'espressione degli acerbi dolori che al cuore paterno cagionavano i tanti gravissimi mali che in questi tempi sono venuti affliggendo l'umanità, il civile consorzio, la Chiesa, a tutti additando i gravissimi incombenti pericoli, tutti esortando alla vigilanza operosa e all'unione di tutte le buone volontà contro le propagande e gli sforzi nemici sempre rinascenti in danno dei beni più sostanziali della società, della famiglia e dell'individuo, sopratutto richiamando a quei veri rimedi di verità, di giustizia e di fraterna carità, di cui la Chiesa cattolica è l'unica depositaria e maestra divinamente costituita.

La nota dolorosa che si mesce in quest'anno alle gioie natalizie è tanto più profonda ed affliggente, mentre ancora divampa con tutti i suoi orrori di odi, di stragi e di distruzione la guerra civile in un paese quale è la Spagna, dove si direbbe che quella propaganda, che quegli sforzi, cui sopra accennammo, abbiano voluto fare un esperimento supremo delle forze deleterie che sono a loro servizio e sparse ormai in tutti i paesi.

Nuovo monito quant'altri mai grave e minaccioso per il mondo intero e principalmente per l'Europa e per la sua cristiana civiltà.

Rivelazioni ed annunzi di terrificante certezza ed evidenza di quello che all'Europa ed al mondo si prepara, ove non si corra subito ed efficacemente alle difese ed ai rimedi.

Tra coloro, però, che affermano di essere i difensori dell'ordine contro il sovversivismo, della civiltà contro il dilagare del comunismo ateo, che anzi si arrogano in ciò il primato, Noi vediamo con dolore un non

piccolo numero, che nella scelta dei mezzi e nella valutazione dei loro avversari si lasciano dominare e guidare da false e funeste idee. False e funeste : perchè chi cérca di scemare o di estinguere la fede in Cristo e nella divina rivelazione nel cuore degli uomini, e specialmente della gioventù; chi osa di rappresentare la Chiesa di Cristo, depositaria delle divine promesse, educatrice per divina missione dei popoli, quale nemica dichiarata della prosperità e del progresso della Nazione, non solo non è artefice di felice avvenire per l'umanità e per lo stesso proprio Paese, ma distrugge i più efficaci e decisivi mezzi di difesa contro i temuti mali e collabora, sia pure inconscientemente, con coloro che crede *o* si vanta di combattere.

Noi abbiamo già avuto occasioni parecchie, anche recentemente, per dire quella che la Santa Sede Apostolica ha sempre pensato ed insegnato e secondo le possibilità sue cercato di fare e di contribuire, fino a ieri, anzi fino ad oggi stesso, con sempre maggiori disposizioni per l'avvenire, contro le comuni minaccie per il bene di tutti.

Superfluo dire che, in tali condizioni non può da parte Nostra che rinnovarsi più instante, più paternamente supplichevole, l'invito e la vivissima raccomandazione tante volte fatta ai fedeli di tutto il mondo, a tutte le anime particolarmente devote al Cuore divino ed agli interessi della Chiesa, a tutto l'Episcopato, a tutto il Clero secolare e regolare, a tutto il laicato, e con maggior fiducia a quello che, con tanta intelligenza di fede e di carità cristiana, zela gli interessi di Cristo e delle anime con la attiva partecipazione all'apostolato gerarchico nelle diverse formazioni dell'Azione Cattolica.

Il Nostro pensiero pieno di particolare fiducia va in modo speciale alle eroiche anime che fanno apostolato dello stesso lavoro quotidiano e delle stesse loro infermità : più particolarmente ancora alle candide schiere che da tutte le parti del mondo tramandano i profumi della loro purezza al Cielo, diciamo di questi piccoli, che credono in Gesù, e che appartengono in particolar modo alla Chiesa, appunto perchè da Gesù prediletti.

In quest'anno, dilettissimi figli, la divina Bontà ci concede di contribuire alle preghiere, alle opere, ai sacrifici di tutti quanti con un esperimento di sofferenza fin qui mirabilmente risparmiataci, e che la stessa divina Bontà immediatamente e larghissimamente Ci compensa con un mirabile commovente consenso di preghiere, che da ogni parte della Chiesa in questi ultimi giorni e continuamente vanno intensificandosi a sollievo del Padre comune.

Noi cogliamo con la maggior ampiezza di cuore l'occasione così pro-

pizia per ringraziare tutti di questa così tenera e così intensa prova di filiale pietà. E per quanto ciò che abbiamo a soffrire sia ben poco in confronto di quello che così largamente e penosamente si soffre nel mondo, di quello sopratutto che Egli stesso, il Capo, il Fondatore, il Re di questa Chiesa divina ha, nell'anima sua e nel suo corpo sofferto per noi, voglia non di meno Egli accettare l'offerta Nostra, che vuol essere ora e sempre in piena conformità del suo santissimo volere; accettarla, diciamo, per la gloria sua, ora più empiamente che mai combattuta, per la conversione di tutti gli erranti, per la pace e per il bene della Chiesa tutta e in particolar modo della tribolatissima e anche per ciò stesso carissima Spagna.

Con questi intimi sentimenti dell'animo facciamo Nostro e rimandiamo al mondo il celeste messaggio natalizio : *Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus.*

Questo così ovvio e consolante ritorno ai motivi precipui di questo rinnovato convegno natalizio Ci dà occasione altrettanto lieta che opportuna di volgere il Nostro grato e devoto pensiero anche a tutte quelle altre gioie spirituali, delle quali la divina Benignità Ci preparava il pio godimento.

E sacro godimento e consolazione apostolica per Noi non meno che per tutti è oggi il ricordare, con soprannaturale riconoscenza e col dovuto altissimo onore, persone e avvenimenti che imprimono sulle pagine dell'anno ormai volgente al suo fine speciali caratteri di grandezza e santità, di fedele e costante unione di spiriti intorno alla Sede di Pietro. Sta ancora innanzi al Nostro memore sguardo il Senato della Chiesa con tutto l'Episcopato italiano venuto a festeggiarci per l'inizio di quell'anno della Nostra lunga vita, oltre il quale il Signore fa sovente sentire che vengono compagni *lai)or et dolor.* Riudiamo ancora nell'animo il filiale omaggio del Congresso dei giornalisti cattolici, artefici, in vario grado ed estensione, di quel solenne spettacolo di fede e di dottrina, di azione e di sacrifìcio, che offre all'ammirazione dei visitatori la Mostra della Stampa cattolica delle cinque parti del globo. Esulta pure il Nostro spirito per due opere che hanno, l'una dalla pietra, l'altra dal pensiero, rivestito nuova forma, vogliamo dire il nuovo Palazzo delle Congregazioni e la Pontifìcia Accademia delle Scienze.

A questi fatti nuovi si associano nel volgere di questo anno le memorie centenarie di due gran fatti antichi, che sono gloria del Vangelo e della Chiesa; intendiamo dire, voi Ci prevenite, il XIX centenario della conversione di S. Paolo e il XVI centenario della morte del Sommo Pontefice S. Silvestro. Dell'Apostolo delle genti, vaso di elezione, su-

bìime e infaticato Maestro della fede cristiana, Roma si vanta di aver udito la parola a fianco del suo primo Pontefice e di aver sentito il taglio potente della spada di una sua lettera; di Silvestro Roma ammira l'aureola della santità, che libera si espande sulla terra col labaro di Costantino, e nelle mirabili basiliche dell'Urbe lascia alle nostre età e alle future il testimonio e l'inizio più aperto della nostra fede che è vittoria sul mondo. Ma inoltre Paolo, instancabile annunziatore della pace di Cristo, che ai Corinti scrisse quelle profonde parole : *Non enim est dissensionis Deus, sed pacis* (I *Cor.,* 14, 33), Silvestro, che dopo la lunga notte delle persecuzioni, potè salutare l'aurora della libertà e della pace, Ci invitano in quest'anno a rivolgere ai governanti e ai popoli della terra una nuova, ancor più fervida ed accorata esortazione alla pace; al suo mantenimento, ove essa ancora regna, al suo ristabilimento, ove essa non è più che un doloroso ricordo e una tragica, finora pur troppo insoddisfatta brama. E con questo appello al mondo si congiunge — oggi più che mai fervorosa — la Nostra supplica a Dio, per quella *tranquillitas ordinis,* in cui sola può consister la pace, per l'attuazione di quella giustizia individuale e collettiva, senza la quale nessun ordine è possibile. Questa Nostra preghiera di pace Noi deponiamo riverenti dinanzi alla culla del Principe della pace.

JNoi ritorniamo così col pensiero e col cuore alla grotta di Betlemme, e di là diamo uno sguardo a tutto l'Orbe cattolico, per ringraziare quel Fanciullo divino, sapientissimo infante, che si fece piccolo per essere più amabile e attrarre tutto il genere umano a Sè, alla sua croce, al suo ovile, alla sua Chiesa, al suo trionfo. Egli è oggi in mezzo a noi e, in unione con Lui il suo Vicario leva la mano per benedire voi tutti, dilettissimi figli, e invocare su tutti quell'abbondanza di favori e di grazie, che Egli è venuto a spargere, come semi di eterno trionfo imperituro, sulla faccia della terra per gli uomini di buona volontà.

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. GUGLIELMUM TIT. S. CLEMENTIS S. R. E. PRESB. CARDINALEM O'CONNELL, ARCHIEPISCOPUM BOSTONIENSEM, QUINQUE ABHINC LUSTRA AD PURPURATORUM PATRUM ORDINEM ADLECTUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Biennio ante, quum dena ab inito sacerdotio lustra feliciter peregisti, paternae Nostrae gratulationis sensus tibi publice libenterque significavimus. Nunc autem nova ac praeclara Nobis occasio exhibetur benevolentiam laetitiamque Nostram tibi patefaciendi. Exeunte enim Novembri hoc mense, faustus tibi adveniet anniversarius dies quintus ac vicesimus, ex quo ipse, Bomana purpura decoratus, ad supremum Ecclesiae Senatum auspicato adlectus es. Hac profecto temporis diuturnitate, pastoralibus sollicitudinibus semper intentus, quo graviores in dies amplissimi tui gregis necessitates effectae sunt, eo maiore ac diligentiore industria eisdem providere et consulere studuisti. Quare praefulgens ipsa dignitas tibi conlata vires tuas animosque ita peracuit, ut salubriora populo tuo beneficia tribuens ac propterea clariora erga Ecclesiam promerita tibi comparaveris. Nos igitur, qui nihil potius antiquiusque habemus, quam paterna benevolentia gratoque animo prosequi Nostros in Ecclesia moderanda adiutores atque consiliarios, proximam tuae faustitatis opportunitatem iucunde nanciscimur, ut de gravissimo abs te naviter peracto munere gratulemur et felicissima quaeque tibi cunctoque tuo gregi a divina liberalitate adprecemur. Quo interea sacra ineundi eventus celebratio fidelibus istis utilior evadat, tibi potestatem facimus, ut, quo volueris die, post Sacrum pontificali ritu peractum ad stanti populo nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenam commissorum veniam eidem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Caelestium porro gratiarum praenuntia ac praecipuae Nostrae dilectionis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, tuoque Auxiliari Episcopo, universoque clero ac populo tuae curae demandato amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Novembris, anno MDCCCCXXXVI., Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. IANUARIUM EPISCOPUM OSTIENSEM ET ALBANENSEM S. R. E. CARDINALEM GRANITO PIGNATELLI DI BELMONTE, SACRI COLLEGII DECANUM EUMDEMQUE S. CONGREGATIONIS CAEREMONIALIS PRAEFECTUM, QUINQUE ET VIGINTI ANTE ANNOS IN SUPREMUM ECCLESIAE SENATUM FELICITER RELATUM.

PIUS PP. XI

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Peragenti tibi feliciter quintum ac vicesimum annum, ex quo amplissimam Romanae purpurae dignitatem Decessor Noster sanctae memoriae Pius X in te collocavit, iucundo profecto libentique animo gratulationes Nostras ac fervida vota declaramus. Nihil enim potius habemus, quam participare et cumulare eorum gaudia, qui perhonorifico consiliarii adiutorisque munere in universa Ecclesia moderanda perfunguntur. Tibi autem geminata quoque laus accedit, quod suburbicarias Ostiensem atque Albanensem sedes prudenter sagaciterque regis, itemque, Sacri Collegii Decanus, fidelitatis amorisque sensus, quibus cuncti purpurati Patres Apostolicam hanc Sedem et Christi Vicarium prosequuntur, pia mente suavique eloquentia interpretari ac proferre soles. Imminente igitur eiusmodi faustitatis tuae die, temperari Nobis non possumus, quin tecum vehementer conlaetemur et paterna animi Nostri vota atque omina plane profiteamur. Deum interea instanter precamur, ut venerandam tibi istam longaevitatem tueatur ac roboret, caelestibus donis solaciisque refertam, ac pastorale istud munus uberrimis salutis fructibus locupletare velit. Quarum quidem supernarum gratiarum conciliat rix ac peculiaris Nostrae dilectionis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, clero ac populo tibi concredito cunctisque tuis coniunctis atque amicis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XVIII mensis Novembris, in Dedicatione Basilicarum Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, anno MDCCCCXXXVI, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XI

III

AD EMUM P. D. CAIETANUM TIT. S. AGATHAE S. R. E. PRESB. CARDINALEM BISLETI, EUMDEMQUE S. CONGREGATIONIS DE SEMINARIIS STUDIORUMQUE UNIVERSITATIBUS PRAEFECTUM^ VIGESIMO QUINTO APPETENTE ANNO A ROMANA PURPURA SUSCEPTA.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. —Iucunda alia occasione, quum quinquagesimum a suscepto sacerdotio annum feliciter explevisti, Nostram gratulationem publice tibi palamque significavimus. Nunc autem denuo Nobis praebetur facultas paternam Nostram tibi benevolentiam confirmandi, faustamque laetitiam tuam libenti animo participandi. Enimvero quinque propediem lustra absolventur, ex quo ipse, ad amplissimum purpuratorum Patrum Ordinem adlectus es. Plane autem cognita sunt ac perspecta sollicitudo et industria, quibus Sacrae isti Congregationi de Seminariis studiorumque Universitatibus praesides, cuius consilio et favore tot clericorum Seminaria ex integro condita sunt aut opportune refecta, cuiusque auctoritate atque impulsione doctrinarum seientiarumque studia tam praeclara incrementa accepere. Longum quidem est omnia et singula persequi; at silentio minime praetermittere possumus egregia consilia assiduosque labores, quibus Sacra eadem Congregatio usque incubuit, ut Nostra recens Constitutio « Deus scientiarum Dominus » suam vim atque efficaciam in sacrorum praesertim studiorum profectum copiose affatimque expromeret. Nos igitur, qui nuperrime quoque, Pontificiam Scientiarum Academiam funditus instaurantes, aperte declaravimus, quantopere scientiarum omnium progressiones fidenti animo prosequamur, quique te ipsum, pro nobilissimo tuo munere, inter Pontificios Academicos honoris causa libenter rettulimus, praesentem faustitatis tuae opportunitatem studiose amplectimur, ut tibi de ista sedulitate atque industria paterne gratulemur et iucundi eventus celebrationem Nostris votis ominibusque adaugeamus. Deum denique instanti prece exorantes, ut longum adhuc in aevum florentem istam senectutem servare benigne velit, in caelestis huius praesidii auspicium, inque praecipuae caritatis Nostrae pignus, Apostolicam Benedictionem tibi. Dilecte Fili Noster, tuisque laborum sociis, cunctisque carissimis tuis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xvin mensis Novembris, in Dedicatione Basilicarum Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, anno MDCCCCXXXVI, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DAMNATUR. OPUS CUI TITULUS « ETUDES SUR DESCARTES », AUCTORE L. LABERTHONNIÈRE.

Feria IV, die '2 Decembris 1986

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum postumum Luciani Laberthonnière, cui titulus :

Etudes sur Descartes, Paris, 1935, cura L. Canet editum.

Et Feria IV, die 6 Ianuarii 1937, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Papa XI, in audientia Excmo ac Revmo Domino Adsessori Sancti Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 9 ianuarii 1937.

I. Venturi, *Supremae 8, Congr. S. Officii Notarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA BOMANA BOTA

Citationes edictales

I

VENTIMILIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (SACCO-PORKIN)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dominae Catharinae Forkin, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 9 Martii 1937, hora^undecima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendo, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

Dubium : *An constet de matrimonii nullitate in casu.*

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dominae Catherinae Forkin, curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

Henricus Quattrocolo, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 10 Decembris 1936.

I. Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la ideumeure actuelle de M. Catherine Forkin, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 9 Mars 1937, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer te jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite M. Catherine Forkin devront, dans la mesure du possible, Favertir de la présente citation.

II

BAIOCEN. ET LEXOVIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (MASSON-JACQUEMAIN)

Cum ignoretur locus commorationis actualis Domini Petri Jacquemain, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. B. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 8 Martii 1937, hora undecima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendo, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

Dubium : *An constet de matrimonii nullitate in casu.*

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti domini Petri Jacquemain, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Caesar Pecorari, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 14 Decembris 1936.
I. Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Pierre Jacquemain, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 8 Mars 1937, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce casf

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connais sance du lieu de la résidence du dit Mr Pierre Jacquemain devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

III

SCEPUSIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (HAJURKO-KOVAL)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Ioannis Koval, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 8 Februarii 1937, bora undecima cum dimidio ad concordandum de dubiis disputandis, vel infrascriptis subscribendis, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

Dubium : I. *An constet de matrimonii nullitate, in casu.*

II. *Quatenus negative ad primum : An consulendum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et mon consummato.*

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti domini Ioannis Koval, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Iulius Grazioli, *Becanus Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 16 Decembris 1936.

I. Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Jean Koval, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 8 Février 1937, à 11 heures 30, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Gonstet-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Doit-on interroger le Saint Père pour la dispense super rato et non consummato *dans ce cas?*

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Jean Koval devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

A», et vol. XXIX 20 februarii 1937 (Ser. II, v. IV) - Num. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PH PP. XI

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A BEATISSIMO PATRE, DIE VII MENSIS FEBRUARII ANNI MDCCCCXXXVII, AD URBEM MANILAM DATUS AD EXITUM CONGRESSUS UNIVERSALIS XXXIII EUCHARISTICI.

VENERABILES FRATRES, DILECTI FILII

Quamquam vobis, tertium ac trigesimum ex omnibus Nationibus Eucharisticum Conventum celebrantibus, datis litteris ad Nostrum « a latere » Legatum, animum aperuimus Nostrum, libet tamen paterno eloquio ac quasi viva voce Nostra vos alioqui.

Ac primum quidem vobis gratulamur vehementer, quod, ingenti rerum apparatu incensaque pietate, Iesu Christo universorum Regi, Eucharisticis velis delitescenti, summum instruxistis triumphum; triumphum dicimus, qui cum ex animis proficiscatur, actuosa in divinum Redemptorem caritate flagrantibus, non aliquid fluxum ac caducum reputamus, sed eiusmodi potius, ut omnem vitam uniuscuiusque vestrum ad virtutem informet impensiusque excitet. Atque in uberibus salutis fructibus, quos e coetibus vestris ominamur et a Deo precamur, illud nominatim sperare licet, ad quod congressiones vestrae potissimum spectant; ut nimirum ex hoc Augusto altaris Sacramento, incensiore religione culto crebriusque ab omnibus participato, studia atque incepta sacris Missionibus provehendis etiam atque etiam in dies augeantur. Indidem enim lux mentibus oritur, ardor animis, ac superna laboribus operibusque fecunditas.

Ac dum nostra hac aetate, nimium multi, proh dolor, vel errorum fallaciis obcaecati, vel cupiditatum illecebris vitiorumque invitamene deléniti, vel denique mutua invidia simultateque inter se digladiantes, a Iesu Christo, via, veritate ac vita, abstracti atque avulsi in interitum miserrime rapiuntur, vos, venerabiles Fratres ac dilecti Filii, ad Eum arctius propiusque accedatis; ac debitam eidem honoris reparationem praestantes vestram, enixe contendite ut errantes fratres iique omnes, ((qui in tenebris et in umbra mortis sedent » (Luc. I, 79), lucem per Eum, veritatem ac vitam quam citissime adipiscantur.

Eum omnes agnoscant, adorent ac sequantur, qui unus « verba vitae aeternae habet» (Io. VI, 69); ita quidem ut — publicis ubique sedatis rebus, compositisque ad iustitiam caritatemque animis — christiana pax fatigato humano generi tandem aliquando affulgeat.

Haec sunt, venerabiles Fratres ac dilecti Filii, omina ac vota, quae Nos, vobiscum quodammodo praesentes non modo per Legati Nostri personam, sed illa etiam paterna caritate, quae longinquitatis omnes locorumque spatia transiliens exsuperat, Sacratissimo Iesu Christi Cordi supplici prece commendamus.

Et benedictio Dei Omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, descendat super vos et maneat semper.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

UEBIS

DE QUATUOR CAPELLANIIS INNOCENTIANIS IN PATRIARCHALI BASILICA VATICANA

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Singulari in Vaticanam Beati Petri Basilicam studio permoti, Romani Pontifices, quo magis in illa, in quam, veluti ad fidei petram et Ecclesiae fundamentum, ex totius orbis regionibus Apostolorum Principis sepulcrum christifideles veneratum adveniunt, divinus cultus adaugeatur, ipsam saeculorum decursu innumeris cumularunt beneficiis. Quae inter iure ac merito adnumerantur quatuor capellaniae, quas cl. m. Innocentius Papa Octavus ad altare Beatae Mariae Virginis in veteri Basilica erigere decreverat, et Alexander Sextus, eius successor, ad omnipo-

téntis Dei et eius Genetricis gloriosae Virginis Mariae laudem et gloriam, Apostolicis sub plumbo Litteris, die decima septima octobris mensis, anno millesimo undequingentesimo datis, canonice instituit. In quibus Apostolicis Litteris Capellanías istas conferendi, quoties illas, etiam apud Sedem Apostolicam, vacare contigerit, Presbyteris Cardinalibus Sancti Marci et Sanctae Praxedis Tituli pro tempore existentibus, et, si illi ambo a Romana Curia absentes fuerint, Presbytero Cardinali Tituli Sanctae Caeciliae, qui pro tempore fuerit, plenum ius concessit. Ita res usque adhuc sese habuerunt. Nunc vero, quum dilectus Filius Noster Raphael Carolus S. R. E. Presbyter Cardinalis Rossi, qui Sanctae Praxedis Titulum nunc obtinet, suum Nobis votum porrexerit, ut in posterum illarum Capellaniarum collatio ad Iuris Canonici normam fiat; quum insuper hodierni earumdem Capellaniarum Capellani preces Nobis obtulerint ut, attentis potissimum praesentis temporis adiunctis et Capellaniarum reddituum imminutione, eorum onera quoque in posterum imminuantur, simulque honores et privilegia, quibus ipsi hucusque fruiti sunt, a Nobis confirmentur, et ceteris in Apostolicis quas supra memoravimus Litteris decretis derogetur, Nos, collatis cum dilecto Filio Nostro Eugenio S. R. E. Presbytero Cardinale Pacelli, Petrianae Basilicae Archipresbytero, consiliis, qui Nobis retulit quod praefatae Raphaelis Caroli Cardinalis Rossi sententiae, venerabilis quoque libentissime accessit Frater Noster Elias S. R. E. Presbyter Cardinalis Dalla Costa, Tituli S. Marci, Archiepiscopus Florentinus, et vacante in praesentiarum Sanctae Caeciliae Titulo, omnibus mature perpensis, certa scientia, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumat consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium vi, perpetuumque in modum, quibusdam in praefatis Litteris Alexandri Papae Sexti, Praedecessoris Nostri, dispositionibus derogantes, haec quae sequuntur decernimus atque statuimus : P Capellaniarum in Vaticana Basilica, quae *Innocentianae* nuncupantur, collatio et canonica institutio hinc deinceps fiat ad tramitem et normam iuris communis; II° Ex quatuor Capellanis vicenas quisque Missas quotannis celebrabit ad animarum expiationem tum Pontificis Capellaniarum Fundatoris eiusque progenitorum, tum praefatorum Cardinalium Tituli S. Praxedis, S. Marci et S. Caeciliae; III° Singuli Capellani, singulis diebus festis de praecepto per annum, Missis et Vesperis, quae in Choro praefatae Basilicae per illius Canonicos et alios Beneficiatus et Clericos alta voce, in cantu celebrantur, interesse debent; item ad Matutinum Pontificale in festo S. Petri, Principis Apostolorum, in obsequium sanctae sollemnitatis; nec non

in festo Natalis D. N. I. C. ad Matutinum, primam Missam/ Laudes et tertiam Missam; ad Matutinum Tenebrarum, Missam et Vesperas feria quinta, sexta et sabbato sancto maioris hebdomadae, atque ad Missam solemnem in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum et in die anniversaria Innocentii Papae Octavi depositionis, quae vicesima sexta iulii mensis die, Capellanorum Collegii cura, omnibus Canonicis, Beneficiatis et Clericis intervenientibus, quotannis celebranda est; IV° Insuper singuli Capellani interesse debent Processionibus, quae in Basilica fieri solent prima quaque cuiusvis mensis dominica, in Litaniis Maioribus in festo S. Marci, in feriis quinta ac sexta maioris hebdomadae et in die sollemni Paschae ante vesperas, in Corporis Domini sollemnitate eiusque die octava, nec non in quavis processione cuncto clero romano indicta; V° Capellani, qui aut supra memorato Missarum celebrationis oneri sibi imposito satisfacere neglexerint, aut praefatis Missis Cantatis, Matutinis, Vesperis et Processionibus non interfuerint, nisi legitima causa, quemadmodum ceteri chorales, excusentur, mulctari et punctari debent; venerabili autem Fratri Roberto Vicentini, Patriarchae Antiocheno Latinorum et Vaticanae Basilicae Cardinalis Archipresbyteri Vicario, per praesentes easdem Litteras committimus, ut peculiari decreto cuiusvis illegitimae absentiae mulctam seu punctaturam ipse statuat, negligentibus omnino solvendam; VI° Indulgemus insuper ut quilibet Capellanus a choro quotannis abesse queat quindecim tantum dies, sive continuos sive intermissos, exceptis tamen diebus Nativitatis D. N. I. C, tribus ultimis maioris hebdomadae diebus, necnon Paschatis et Corporis Domini et SS. Petri et Pauli sollemnitatibus; VII° Capellaniarum autem bona omnia et redditus, quorum capita seu tituli apud Capitulum asservantur, ab eodem Capitulo deinceps administrentur; VIII° Confirmamus denique quod per Apostolicas, quas supra diximus, Litteras Alexandri Papae Sexti sancitum est, videlicet quod ipsi quatuor Capellani omnibus et singulis privilegiis, libertatibus, indultis, concessionibus, gratiis et immunitatibus, quibus alii Beneficiati ratione suorum beneficiorum, quae in eadem Basilica pro tempore obtinent, utuntur, potiuntur et gaudent, absque tamen eorum praeiudicio, uti, potiri et gaudere libere et licite possint et debeant, subiicianturque et subsint ratione dictarum Capellaniarum iurisdictioni Vicarii dictae Basilicae pro tempore exsistentis in spiritualibus Generalis, quemadmodum Beneficiati praedicti ratione suorum beneficiorum subiiciuntur et subsunt. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda dilectum quem supra memoravimus Filium Nostrum Patriarchalis Basilicae Vaticanae Archipresbyterum deligi mus, eidemque necessarias et opportunas

tribuimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, virum in ecclesiastica dignitate constitutum eique onus imponimus peractae exsecutionis acta ad eiusdem Basilicae archivum transmittendi^ ut ibi religiose asserventur. Praesentes autem Litterae et in eis contenta, quaecumque rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, minime obstantibus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris haberetur si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam derogationis, constitutionis, statuti, mandati ¡et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat; si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo sexto, die tertiadecima mensis iunii, Pontificatus, Nostri anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apost.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus*

Loco gj Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LV, n. 69. **- Al. Trussardi.**

II

DE ICHANG

VICARIATUS APOSTOLICUS DE ICHANG IN SINIS DISMEMBRATUR ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE SHA-SI.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM .

Ad Catholicum nomen magis et facilius inter infideles dilatandum maxime sane iuvat amplissima plerumque Vicariatuum Apostolicorum territoria dividere atque novas exinde Missiones constituere, aliorum

Evangelii praeconum curis concredendas. Quum itaque Vicariatus Apostolicus de Icliang in Sinis tam nimio pateat territorio ut ab uno vel vigilantissimo Praesule vix regi queat, dilectus Filius, hodiernus eiusdem Vicarius Apostolicus, dilecto Filio Fratrum Minorum Ordinis Ministro Generali consentiente, ab Apostolica Sede enixe postulavit, ut Vicariatus illius, sui Ordinis concrediti curis, territorii pars distraheretur et in novam erigeretur missionalem sui iuris circumscriptionem, eidem Fratrum Minorum Ordini et ipsam committendam. Nos vero, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, atque attento favorabili voto venerabilis Fratris Marii Zanin, Archiepiscopi titularis Traianopolitani in Rhodope, Delegati Apostolici in Sinis, omnibus mature perpensis, oblatis Nobis precibus libenter annuendum statuimus, quam maxime in Domino confisi id evangelico nomini amplius in regione illa propagando esse profuturum. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, ex Vicariatu Apostolico de Ichang civiles districtus integros distrahimus de *Kien-lin, Shichow, Kung-An, Sung-Tse,* nec non partem districtus de *Kiang-lin,* ad orientem sitam lineae, quae a Turre (Pao-ta) *de Shasi* usque ad *Pontem Pe-Lin-K'Iao* ducatur, inde autem ad Plateam *Tsao-Bhi,* quae ad Vicariatum de Ichang pertinebit, ac denique secus Canalem versus Lacum *Chang-Hou.* Quod quidem territorium ita definitum in novam Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus eamque « *de Sha-Si* » ab huius nominis urbe appellari volumus et missionalibus praefati Fratrum Minorum Ordinis curis, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis beneplacitum, concredimus. Huic igitur novae Praefecturae « *de Sha-Si* » eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem haue paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis, vero, ausu temerario hoc at-

tentaré praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die septima mensis iulii. Pontificatus Nostri anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FÜMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi-Oagliesi, *Pro ton. Apost.*

Loco © Plumbi

***Reg. in Cane. Ap., Vol. LVI, n. 23* - Al. Trussardi.**

III

DE WEIHWEIFU

.EX VICARIATU APOSTOLICO ((DE WEIHWEIFU» TERRITORII PARS SEIUNGITUR, EX QUA NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE SINSIANG » NUNCUPANDA, SOCIETATI VERBI DIVINI COMMITTENDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad maiorem inter infideles catholicae fidei propagationem non parum sane iuvat Missiones nimio territorio patentes dividere et novas exinde ecclesiasticas sui iuris circumscriptiones constituere aliorum Praesulum regimini committendas. Quum itaque Vicariatus Apostolicus de Weihweifu in Sinis, sollertibus Pontificii Instituti a SS. Apostolis Petro et Paulo et a SS. Ambrosio et Carolo pro Missionibus ad exteras gentes sodalium curis concreditus, in quo etiam Societatis Verbi Divini alumni in Christi Evangelium evulgandum aliquot iam annos impensam dant operam, latissime pateat, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto, consentientibus quoque illarum Missionalium Congregationum Moderatoribus Generalibus, ac praehabito venerabilis Fratris Marii Zanin, Archiepiscopi Titularis Traianopolitani in Bhodope et Delegati Apostolici in Sinis, favorabili voto, Nos valde opportunum duximus ex illius Vicariatus Apostolici territorio partem illam seiungere, in qua,

plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis auctoritate qualibet scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Castri Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die XXIX m. augusti, an. MCMXXXVI, Pontificatus Nostri decimo quinto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

ECCLESIA CONLEGIATA B. MARIAE V. DE KLOSTERNEUBURG, IN ARCHIDIOECESI VINDOBONENSI, BASILICAE MINORIS TITULO HONORIBUSQUE AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter praeclara pietatis religionisque monumenta, quae in finibus Austriae exstant, procul dubio enitet praenobile templum Olaustroneoburgense, sive Ecclesia Collegiata B. Mariae Virginis de « Klosterneuburg » artis operibus celeberrima ac praesertim Sancti Leopoldi relliquiis, quae ipso in loco pie devoteque servantur. Fertur quidem, non multo post susceptum Austriae regimen, ipsum Sanctum Leopoldum in loco, tunc dicto « Mrvenburch », monasterium condidisse ad honorem Beatae Mariae Virginis, idemque monasterium, magna largitate dotatum, Canonicis Regularibus Sancti Augustini tradidisse, qui, Beato Hartmanno primo eorum Praeposito ac postea Brixinensi Episcopo, moderatore, religiosam illic vitam anno MCXXXITI inchoarunt. Subsequenti anno Innocentius Pp. II Litteris Apostolicis suis ecclesiam eandem, Beato Petro oblatam a devoto marcinone Leopoldo, sub protectione Sanctae Sedis benignissime suscepit. Sanctus vero Austriae Marchio iargis sumptibus ita magnifice exaedificandam atque exornandani curavit ecclesiam-conlegiatam Claustroneoburgensem ut adhuc ipsa, post octo saeculorum decursum, omnium admirationi se praebeat. Ad finem feliciter perducta, paulo ante pium ipsius Leopoldi obitum, Sacra Aedes a Conrado Salisburgensium Archiepiscopo, adstantibus etiam Reginaro Pataviensium Episcopo et Romano Gurcensium Episcopo, sollemni ritu consecrata est atque in honorem Beatae Mariae Virginis Deo dicata, die XXIX mensis septembris, nempe die festo Dedicationis Sancti Michaelis Archangeli, an. millesimo centesimo tricesimo sexto; eodemque anno, mense vero novembri, in capitulo Claustri, Ecclesiae ipsi adiacentis, humatum est corpus fundatoris Leopoldi, quem Innocentius Pp. VIII, anno MCCCCLXXXV in Sanctorum numerum solle-

mniter adscribere, Austriae totius Patronum declaravit. Nunc autem corpus idem in sacelli ab ipso sancto nuncupati altare honorificentissimo colitur, quod tabulis opere Lemovicensi pretiosissimis anno MCLXXXI Nicolaus Vicodunensis aurifaber et artifex confecit. Postea Ecclesia Conlegiata Claustroneoburgensis, iam tribus navibus structura romana constans, cura Canonicorum Regularium eorundemque Praepositorum ampliata est, praesertim duabus turribus ac nonnullis sacellis. Magnis praeterea campanis, duobus organis, altaribus marmoreis, choro artificiosissimo, statuis, picturis aliisque operibus affabre factis ditata et exornata, inter potiores ac venerabiliores Sacras Aedes Austriae merito numeratur. Frequentes devotique per annum, praesertim mense novembri, die Sancti Leopoldi festo, christifideles illuc accurrunt, ad Sancti Austriae Patroni sepulcrum celebrandum ibique sacras indulgentias lucrandas, quibus Romani Pontifices pium locum cumularunt. Haec animo repetentes cum hodiernus Praepositus atque Abbas Congregationis Austriae Canonicorum Regularium Lateranensium Nos humillimis iteratisque supplicationibus deprecatus sit, ut octavi saecularis anni occasione ab ecclesiae-conlegiatae Claustroneoburgensis prima dedicatione, ecclesiam eandem titulo privilegiisque Basilicae minoris augere dignaremur, Nos, attentis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Vindobonensium Archiepiscopi, nec non hodierni Praesidis Foederatis Austriae commendationibus, votis memoratis concedendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, audito quoque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum Ecclesiam Conlegiatam Claustroneoburgensem sub titulo B. Mariae Virginis prope Vindobonam exsistentem, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* augemus, omnibus iuribus privilegiisque adiectis, quae de iure competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent vel pertinere poterunt nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Castri Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xxiv m. septembris, an. MCMXXXVI, Pontificatus Nostri decimo quinto.

E, Card. PACELLI, *a Secretis Statîis.*

EPISTULA

AD EMUM P. D. DOMINICUM TIT. S. CAESAREI IN PALATIO DIACONUM CARDINALEM MARIANI^ ADMINISTRATIONI BONORUM APOSTOLICAE SEDIS PRAEPOSITUM, DENA LUSTRA SACERDOTII EXPLENTEM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Intima animi commotione atque effusa in Domino laetitia quinquagesimum a suscepto sacerdotio annum privatim ac secreto peragere voluisti. At vero, quum primum ad Nostras aures pervenit huius faustitatis notitia, temperare Nobis non potuimus, quin tibi iucunde exhiberemus paternas gratulationes ac fervida omina, quae nunc publice hisce Litteris pandere quoque perplacuit. In comperto est enim animarum studium, quo in diuturna ista sacri muneris perfunctione indesinenter enituisti, praesertim divinum verbum declarando et catecheticae institutioni peculiarem industriam afferendo, cuius quidem praeclarum exstat testimonium in tuo ipso opere, typis iterum recens edito, quod integritate doctrinae, orationis perspicuitate et animi sacerdotalis fervore merita laude honestatus Cognita autem sunt planeque Nobis perspecta sollicitudo ac prudentia, quibus ipse tuendis Apostolicae Sedis rationibus bonisque eiusdem administrandis haud brevi tempore incubuisti, tum Benedicto XV fel. rec. Decessori Nostro, tum Nobismet Ipsis pretiosam devotissimamque operam navando. Nos itaque eiusmodi tua erga Ecclesiam promerita tanti duximus, ut te abhinc annum ad amplissimum Patrum Purpuratorum Ordinem cooptare voluimus et longa ista in gerendis bonis experientia uti non desivimus. Nunc vero, oblatam nacti opportunitatem, de emensis laboribus tibi denuo libenterque gratulamur et felicissima quaeque a Deo etiam atque etiam ominamur. Cuius quidem divinae liberalitatis praenuntia atque singularis Nostrae dilectionis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, tuisque coniunctis atque amicis peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis decembris, anno MCMXXXVI, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

NOVAE SEGOBIAE ET TUGUEGARAOANA

DECRETUM

MUTATIONIS FINIUM DIOECESIUM

Excmus P. D. Iacobus C. Sancho, Episcopus Novae Segobiae, plene assentiente Exciho P. D. Constantio Jürgens, Episcopo Tuguegaraoano, petiit ut, in fidelium bonum, finitimae dioecesi Tuguegaraoanae aggregarentur sequentes territorii suae dioecesis portiones, in parte orientali sitae, quae post erectionem Praefecturae Apostolicae Montanae pene avulsae a sua dioecesi manserunt, nimirum : districtus *Langanan, Zimigiii, Cayapa* et districtus ab aquis fluminis *Malig* irrigatus.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, suffragante quoque Excmo P. D. Gulielmo Piani, Archiepiscopo Nicosiensi et Delegato Apostolico in Insulis Philippinis, porrectis precibus benigne annuens, hoc Consistoriali Decreto statuit ut praefati districtus, cum clero et fidelibus ibi legitime existentibus, a dioecesi Novae Segobiae dismembrentur et dioecesi Tuguegaraoanae perpetuo incorporentur; mutatis hac ratione finibus utriusque dioecesis.

Ad haec autem exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est eumdem Excmum P. D. Gulielmum Piani, eidem omnes tribuens facultates necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere remittendi quam primum ad S. Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 6 iunii anni 1936.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

ARCHIDIOECESIS S. IACOBI DE CHILE ET VICARIATUS APOSTOLICI DE ARAUCANIA

DECRETUM

MUTATIONIS FINIUM

Excmus P. D. Horatius Campillo, Archiepiscopus S. Iacobi de Chile, postulavit ab Apostolica Sede ut insula, cui nomen « Pasqua », in Oceano Pacifico sita et ab oris Reipublicae Chilenae duorum millium et amplius chilometrorum spatio distans, ab Archidioecesi, ad quam pertinet, dismembraretur et Vicariatui Apostolico de Araucania, cum suis incolis, adiungeretur, quo eorumdem administrationi spirituali facilius consuli possit.

Quapropter Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, petitionis opportunitate perpensa, habito consensu Vicarii Apostolici de Araucania, et attento favorabili voto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide nec non Excmi P. D. Hectoris Felici, Archiepiscopi titularis Corinthiensis et Nuntii Apostolici in Chilena Republica, Apostolicae potestatis plenitudine, atque suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit aut eorum qui sua interesse praesumant consensu, statuit, vi praesentis Consistorialis Decreti, ut praefata insula « Pasqua » ab Archidioecesi S. Iacobi de Chile dismembretur et Vicariatui Apostolico de Araucania incorporetur.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda, idem Ssmus Dominus Noster deputare dignatus est Excmum Nuntium Apostolicum supradictum, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere intra sex menses a receptis Litteris Apostolicis, ad hanc Sacram Congregationem mittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 24 octobris anni 1936.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

B. Renzoni, *Substitutus.*

III

CRACOVIENSIS-TARNOVIENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Fideles pagorum *Ispina* et *Krzykowlea,* pertinentes ad paroeciam *Niepolomice* in archidioecesi Cracoviensi, ab Apostolica Sede efflagitarunt ut viciniori paroeciae *Grobla,* quae pertinet ad dioecesim Tarnoviensem, aggregarentur.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, attento consensu tum Ordinarii Cracoviensis tum Ordinarii Tarnoviensis, oblatas preces benigne excipiendas decrevit.

Quapropter, vi praesentis Consistorialis Decreti, statuit ut praefati pagi *Ispina* et *Krzykowka* a paroecia *Niepolomice* et ab archidioecesi Cracoviensi separentur atque paroeciae *G-rolla* et dioecesi Tarnoviensi perpetuo tribuantur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est R. D. Alaphridum Pacini, Gestorem ad interim negotiorum ecclesiasticorum apud Nuntiaturam Apostolicam in Republica Polona, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidem facto onere mittendi intra sex menses ad hanc Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 28 novembris 1936.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, *Adsessor.*

IV

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore providere dignatus est, nimirum :

die 30 octobris 1936. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Patrensi praefecit Exc. P. D. Aloysium Fogar, hactenus Episcopum Tergestinum et lustinopolitanum.

die 20 decembris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Caesariensi in Palaestina R. D. Aloysium Traglia, Antistitem Urbanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sionensi R. D. Franciscum Pascucci, Antistitem Urbanum.

die 30 decembris. — Cathedrali Ecclesiae Muranae R. D. Bartholomaeum Mangino, Canonicum Primicerium capituli cathedralis Nucerini Paganorum.

— Cathedrali Ecclesiae Oppidensi R. D. Nicolaum Canino, Archipresbyterum-parochum oppidi *Gimigliano* in archidioecesi Catacensi.

— Cathedrali Ecclesiae Hagulstadensi-Novocastrensi R. D. Iosephum McCormack, canonicum ecclesiae cathedralis et Vicarium capitularem eiusdem dioecesis.

die 5 ianuarii X931. — Cathedrali Ecclesiae Buffalensi Exc. P. D. Ioannem Duffy, hactenus Episcopum Syracusensem.

— Cathedrali Ecclesiae Victoriensi in Insula Vancouver R. D. Ioannem Cody, parochum in archidioecesi Ottaviensi.

die 12 ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Famagustanae R. D. Paulum Castiglioni, Vicarium Generalem archidioecesis Mediolanensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Alaphridi Ildefonsi Cardinalis Schuster, Archiepiscopi Mediolanensis.

die 13 ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tamiathitanae R. D. Guilelmum Grassi, Antistitem Urbanum, Abbatem-parochum ecclesiae collegialis S. Barnabae in oppido *Marino* in dioecesi Albanensi.

die 23 ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Policastrensi R. D. Fridericum Pezzullo, Rectorem Seminarii Aversani.

die 1 februarii. — Metropolitanae Ecclesiae Chamberiensi Exc. P. D. Petrum Durieux, hactenus Episcopum Vivariensem.

— Cathedrali Ecclesiae Meldensi R. D. Iosephum Evrard, Archipresbyterum paroeciae vulgo *de Calais.*

SACKA CONGREGATIO CONCILII

DIOECESIS *T.*

PRAECEDENTIAE

Die 73 aprilis 1935

FACTI SPECIES. — In quodam oppido dioecesis *T.* duae extabant Confraternitates, quarum una anno 1831, altera vero anno 1835 erecta fuit. Harum prima, quippe erectione prior, de iure habuit praecedentiam, quam etiam de facto exercuit super secundam.

Quum vero haec postrema per Breve apostolicum diei 6 septembris 1870 in Archiconfraternitatem evecta sit « cum omnibus et singulis ((praerogativis, iuribus et honoribus solitis et consuetis..., et cum iure « aggregandi alias eiusdem nominis atque instituti in dioecesi *T.* dum-((taxât existentes », ex tunc sibi etiam competere praecedentiae ius contendit. At semper restitit prima Confraternitas, defendens suum ius antea pacifice possessum.

Quapropter ad ulteriores praecidendas concertationes inter easdem Sodalitates ab hac Sacra Congregatione quaesitum fuit, cuinam in casu ius praecedentiae competat.

DISCEPTATIO. — Iuxta Codicem I. C. « inter pias laicorum Associatio-((nes ordo praecedentiae est qui sequitur : I° Tertii Ordines; 2° Archiconfraternitates; 3° Confraternitates» (can. 701 § 1 nn. 1-3). Excipitur Confraternitas Ssmi Sacramenti, quae in processionibus theophoricis praecedit ipsis Archiconfraternitatibus, non autem Tertiis Ordinibus. Quod principium non novum esse videtur, si cum iurisprudentia anteriori comparatur. Nam S. C. Rituum in una *Lucerina* diei 25 septembris 1875, n. 3381, statuit ut praecedentia agnosceretur, et quidem a die expeditionis litterarum apostolicarum evectionis ad gradum Archisodalitatis computanda, Sodalitati a S. Cruce auctae titulo B. M. Virginis Dolorosae, dein aggregatae Archisodalitati Ssmae Trinitatis de Urbe, ac tandem ad gradum Archisodalitatis evectae. Et eadem S. C. Rituum in una *Abellinen,* diei 18 augusti 1877, n. 3432, Sodalitati B. V. de Monte Carmelo, anno 1876 ad gradum Archisodalitatis evectae^ super ceteras Archisodalitates et super omnes Sodalitates ius praecedentiae agnovit.

Hae decisiones omnino concordant cum praescripto canonis 106 n. 3 Codicis I. C, ubi statuitur: « Inter diversas personas ecclesiasti- « eas, quarum nulla habeat in alias auctoritatem : qui ad gradum potio- « rem pertinent, praecedunt eis qui sunt inferioris gradus ».

Pacifica vero possessio, de qua in n. 5 eiusdem canonis, tantum valet cum quaestio de praecedentia oritur inter personas ecclesiasticas <(eiusdem speciei et gradus ». At posita evectione cuiusdam personae ad gradum potiorem, standum est n. 3 dicti canonis 106, eidem agnoscendo praecedentiae iure, quod a die obtentae evectionis ipsa acquirit.

In casu autem prima Confraternitas super secundam ideo merito fruita est praecedentia, quia erectionis prioritatem possidebat. At per Litteras apostolicas diei 6 septembris 1870 secunda Confraternitas in Archiconfraternitatis gradum evecta est « cum omnibus et singulis prae- <(rogati vis, iuribus et honoribus solitis et consuetis », inter quae profecto ius praecedentiae adnumerandum est.

Nec in contrarium valide invocari posse videtur praescriptio ex eo deprompta quod prima Confraternitas hucusque praecedentiam retinuit super secundam in Archiconfraternitatem erectam. Nam ad praescriptionem inducendam, ad normam canonis 1512 Codicis I. C, requiritur bona fides, seu possessio pacifica, quae in casu penitus desideratur, quum eadem Confraternitas in Archiconfraternitatem evecta semper obstitit, adeo ut inter duas Sodalitates saepe saepius contentiones et iurgia ex hoc capite exorta sint.

Cum quaestio proposita sit in Comitiis plenariis diei 13 aprilis 1935, Emi Patres huius S. Concilii ad dubium : *Utrum ius praecedentiae complétât Archiconfraternitati an Confraternitati in casu,* responderunt : *Affirmative* ad primam partem; *Negative* ad secundam.

Quam responsionem Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI in Audientia diei 15 eiusdem mensis dignatus est approbare et confirmare.

I. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

RESPONSA DE MISSA VOTIVA D. N. IESU CHRISTI ^ SUMMI ET AETERNI SACERDOTIS.

Edito Decreto Urbis et Orbis diei 11 martii 1936, quo unica Missa votiva de Christo, Summo et Aeterno Sacerdote, singulis primis feriis V cuiusque mensis celebranda concedebatur quibusdam sub conditionibus, B. P. Pancratius Pfeiffer, Superior Generalis Societatis Divini Salvatoris, Sacrae Rituum Congregationi haec humillime subiecit dubia, pro opportuna declaratione:

I. *An in Missa hac votiva de Christo, Summo et Aeterno Sacerdote, concessa pro primis feriis quintis cuiusque mensis, dicendum sit Gloria et Credo!*

II. *An quando haec Missa impediatur a festo superioris ritus, duplicis nempe primae vel secundae classis, loco Missae impeditae dici possit eiusdem commemoratio sud unica conclusione cum prima oratione festi!*

III. *Quo colore Missa votiva de Iesu Christo, Summo et Aeterno Sacerdote, sit celebranda!*

Sacra Rituum Congregatio, mature consideratis expositis, audito quoque Commissionis specialis suffragio, his precibus praelaudati Superioris Generalis respondendum censuit :

Ad I : *Affirmative ex gratia;*

Ad II : *Affirmative, dummodo non occurrat festum D. N. Iesu Christi, aut eius Octava;*

Ad III : *Adhibeatur color albus.*

Facta postmodum de his omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI relatione per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum, Sanctitas Sua sententiam ipsius Sacrae Congregationis ratam habuit et confirmavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 25 novembris 1936.

C. Card. LAURENTS, *Praefectus.*

L. $ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

ANTIOCHEN. MARONITARUM

NULLITATIS MATRIMONII (BARAN-SALOMÈ)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñi Michaelis Salome, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 6 aprilis 1937, hora undecima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendo, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

Dubium : *An constet de matrimonii nullitate, in casu.*

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Dñi Michaelis Salome, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Stanislaus Janasik, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 19 ianuarii 1937.

I. Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Michel Salome, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 6 avril 1937, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Michel Salome devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SAGRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 5 gennaio 1937, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la "S. Congregazione dei Riti *preparatoria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del Ven. Servo di Dio Giovanni Nepomuceno de Tschiderer,. Vescovo di Trento.

Martedì, 19 gennaio 1937, ha avuto luogo la Congregazione *ordinaria* dei Sacri Riti, in Vaticano, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Prelati Officiali hanno preso in esame le seguenti Cause:

a) Introduzione della Causa del Servo di Dio Adolfo Petit, sacerdote professo della Compagnia di Gesù.

ò) Esame degli scritti della Serva di Dio Maria Pia Notari, fondatrice delle Suore Crocifìsse Adoratrici del Ssmo Sacramento.

c) Esame degli scritti del Servo di Dio Leone Dupont.

d) Esame degli scritti del Servo di Dio Francesco Coli, sacerdòte professo dell'Ordine dei Predicatori.

Martedì, 26 gennaio 1937, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione dei Riti *ordinaria* e *particolare*, nella quale al giudizio degli Emi e Revmi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono stati sottoposti i seguenti argomenti :

1) Intorno alla validità del Processo Apostolico costruito nella Curia di Firenze sopra i miracoli, nonché dei processi addizionali costruiti sopra i miracoli nelle Curie di Muro Lucano e La Piata, nella causa di beatificazione e canonizzazione del Servo di Dio Giustino de Iacobis, Vescovo di Nelopoli e primo Vicario Apostolico d'Abissinia, della Congregazione della Missione di S. Vincenzo de' Paoli.

2) Intorno alla validità del Processo Apostolico costruito in Firenze sopra un miracolo nella causa di beatificazione e canonizzazione della Venerabile Serva di Dio Maria Giuseppa Rossello del Terz'Ordine di San Francesco, Fondatrice dell'Istituto delle Figlie di Nostra Signora della Misericordia.

3) Intorno alla validità dei Processi Apostolici sopra i miracoli nella causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Serva di Dio Gioacchina

da Vedruma, ved. de Mas, Fondatrice dell'Istituto delle Suore Carmelitane della Carità.

4) Intorno alla validità dei Processi Apostolici sopra i miracoli in specie consumiti nella causa della Serva di Dio Maria Domenica Mazzarello, prima Superiora dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice.

5) Intorno alla validità dei Processi Ordinari ed Apostolici per la causa di beatificazione e canonizzazione della Serva di Dio Luisa Borgiotti, Çonfondatrice dell'Istituto delle Suore di Gesù Nazzareno.

6) Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinari nella causa di beatificazione e canonizzazione della Serva di Dio Maria della Passione di N. S. G. C, dell'Istituto delle Suore Crocifisse Adoratrici del Ssmo Sacramento.

7) Intorno alla validità dei Processi Ordinari ed Apostolici nella causa di beatificazione e canonizzazione della Serva di Dio Caterina Iarrige, del Terz'Ordine di S. Domenico.

8) Intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato al Servo di Dio Muciano Maria dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole -Cristiane.

9) Intorno al culto, come sopra, non mai prestato alla Serva di Dio Elena Guerra, Fondatrice dell'Istituto delle Oblate dello Spirito Santo, dette Suore di S. Zita.

10) Intorno al culto, come sopra, non mai prestato al Servo di Dio Michele Rua, Sacerdote e Rettore Maggiore della Pia Società Salesiana.

11) Intorno al culto non mai prestato alla Serva di Dio Maria della Provvidenza, al secolo Eugenia Smet, Fondatrice dell'Istituto delle Suore Ausiliatrici delle Anime del Purgatorio.

Martedì, 16 febbraio 1937, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente della causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Servo di Dio Bartolomeo Canale, Sacerdote professo della Congregazione dei Chierici Regolari di S. Paolo, Barnabiti, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *antepreparatoria,* nella quale dai Revmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dallo stesso Servo di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

28 ottobre 1936. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore dell'Istituto delle Suore Adoratrici del Ssmo Sacramento di Buenos Aires.*

28 novembre » S. E. Revma Monsig. Antonio Drapier, Arcivescovo tit. di Neocesarea del Ponto, *Delegato Apostolico dell'Indocina.*

2 dicembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore dell'Istituto della Beata Tergine Maria {Loreto Nuns) di Rathfarham* (Dublino).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, *Protettore dell'Istituto delle Piccole Suore dei Malati di Mauriac* (Saint-Flour).

5 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore della Congregazione delle Oblate dell'Assunzione* (Parigi).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore dell'Istituto delle Suore di S. Tommaso di Villanóva.*

tì » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Boetto, *Protettore dell'Istituto delle Suore di S. Andrea* (Tournai).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Boetto, *Protettore dell'Istituto dei Fratelli della S. Famiglia di Belley.*

13 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Federico Tedeschini, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Carità dell'Ospedale Generale di Montréal.*

» »)) L'Emo e Revmo Signor Cardinale Federico Tedeschini, *Protettore della Congregazione di Nostra Signora di Montreal.*

» » » S. E. Revma Monsig. Federico Lunardi, Arcivescovo tit. di Side, *Nunzio Apostolico in Bolivia.*

14 » » S. E. Revma Monsig. Filippo Cortesi, Arcivescovo tit. di Sirace, *Nunzio Apostolico in Polonia.*

19 dicembre 1936. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore delle Religiose della Presentazione di Maria di Bourg-Saint Andéol* (Viviers).

21 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore dell'Istituto delle Suore di Nostra Signora di Namur.*

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore dell'Istituto delle Suore di Nostra Signora della Carità del Rifugio* (Caen).

» » » S. E. Revnìa Monsig. Luigi Traglia, Arcivescovo tit. eletto di Cesarea di Palestina, *Vicegerente di Roma.*

23 » » L'Emo e Re vino Signor Cardinale Domenico Jorio, *Protettore dell'Istituto delle Suore Sacramentine di Maria Ausiliatrice* (Roma).

Assistenti al Soglio Pontificio:

30 novembre 1936. S. E. Revma Monsig. Agostino Kandathil, Arcivescovo Malabarese di Ernakulam.

6 dicembre » S. E. Revma Monsig. Marcello Mimmi, Arcivescovo di Bari.

21 » » S. E. Revma Monsig. Giacomo Naughton, Vescovo di Esiliala.

6 gennaio 1937. S. E. Revma Monsig. Pietro Celestino Cézérac, Arcivescovo di Albi.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

3 dicembre 1936. Monsig. Vittore Chastré, dell'archidiocesi di Bourges.

9 » » Monsig. Francesco Luttor, Consigliere ecclesiastico della Legazione di Ungheria presso la Santa Sede.

» » » Monsig. Giovanni Battista Geronimi, della diocesi di Ajaccio.

14 » » Monsig. Belisario A. Philipps, dell'archidiocesi di Lima.

» » » Monsig. Achille Castañeda, della medesima archidiocesi.

» » » Monsig. Giovanni Antonio Casanova, della diocesi di Cuzco.

15 » » Monsig. Luciano Savin, del Vicariato Apostolico della Guyana Francese.

18 » » Monsig. Luigi Fadini, della diocesi di Lodi.

Prelati Domestici di Sua Santità.

15	giugno	1936.	Monsig. Angelo Dell'Acqua, dell'archidiocesi di Milano.
31	agosto	»	Monsig. Floyd L. Begin, della dioecesi di Cleveland.
»	»	»	Monsig. Giorgio N. Habig, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Michele Leaky, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Bartolomeo J. Ponikvar, della medesima diocesi.
29	settembre	»	Monsig. Antonio Allmer, Pro-Vicario Castrense (Austria).
24	novembre	»	Monsig. Paolo Savino, dell'archidiocesi di Napoli.
28	»	»	Monsig. Giorgio Valliarumpeth, dell'archidiocesi di Ernakulam.
2	dicembre		Monsig. Carlo Signargout, dell'archidiocesi di Bourges.
			Monsig. Stefano Lagrange, della medesima archidiocesi.
			Monsig. Giovanni Libera, della diocesi di Como.
			Monsig. Paolo Martinelli, della medesima diocesi.
			Monsig. Giuseppe Tongelen, dell'archidiocesi di Vienna.
			Monsig. Giovanni Ivânyi, della diocesi di Cinque Chiese.
			Monsig. Stefano Szentkirályi, della medesima diocesi.
			Monsig. Stefano Komócsy, della medesima diocesi.
			Monsig. Giovanni Enrico Everardo Giacomo Hoogveld, dell'archidiocesi di Utrecht.
»	»	»	Monsig. Francesco Bastos, dell'archidiocesi di San Paolo del Brasile.
9	»	»	Monsig. Enrico Giuseppe Noon, della diocesi di Fall River.
»	»	»	Monsig. Edoardo Giuseppe Carr, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Pietro Luigi Damaso Robert, della medesima diocesi.
»		»	Monsig. Antonio Pacheco Vieira, della medesima diocesi.
		»	Monsig. Patrizio Edoardo McGee, della medesima diocesi.
»		»	Monsig. Giovanni de Fontes Ferraz, della medesima diocesi.
11		»	Monsig. Guglielmo McCurrach, della diocesi di Dunkeld.
»		»	Monsig. Enrico Schrauwen, della diocesi di Breda.
		»	Monsig. Giuseppe Ziani, della diocesi di Trieste.
16		»	Monsig. Massimino Milani, della diocesi suburbicaria di Sabina e Poggio Mirteto.
21		»	Monsig. Silvio Sericano, della diocesi di Tortona.
28		»	Monsig. Giuseppe Lefebvre, della diocesi di Poitiers.
»		»	Monsig. Michele Backès, della medesima diocesi.
4	gennaio	1937.	Monsig. Francesco Passante, della diocesi di Ostuni.

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

II Cavalierato dell'Ordine Piano:

12 novembre 1936. Al sig. Ottavio Do Nascimento Brito (Brasile).

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

12 novembre 1936. Al sig. Antonio Garcia Medeiros Netto, Presidente del Senato nella Repubblica del Brasile.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

21 dicembre 1936. Al sig. comm. Vittore Bucaille, dell'archidiocesi di Parigi.

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

11 novembre 1936. Al sig. * ing. Amedeo Trombetta (Italia).
14 » » A S. E. il sig. Andrea Geisser Celesia di Vegliasco, Ministro d'Italia a Teheran.
24 » » Al sig. dott. Tommaso Casares (Argentina).
» » » Al sig. dott. Attilio Dell'Oro Maini (Argentina).
27 » » Al sig. Eugenio Restau, dell'archidiocesi di Malines.
4 dicembre » Al sig. comm. prof. Pietro De Sanctis (Roma).
15 » ». Al sig. Giacomo Truelle (Francia).
21 » » Al sig. dott. Vincenzo Rogari (Italia).

La Commenda dell'Ordine di 8/Gregorio Magno, classe civile:

10 settembre 1936. Al sig. dott. Raffaele Formosa (Italia).
» » » Al sig. dott. Costanzo Scarella (Italia).
» » » Al sig. dott. Claudio Cortini (Italia).
» » » Al sig. Francesco Gilmore, dell'archidiocesi di Sydney.
26 » » Al sig. prof. Giovanni Vacchelli, dell'archidiocesi di Milano.
21 ottobre » Al sig. Ernesto Douyon, dell'archidiocesi di Porto Principe.
» » » Al sig. Michele Starace, della diocesi di Castellammare di Stabia.
» » » Al sig. Rodolfo Pabst, della diocesi di Berlino.
» Al sig. dott. Angelo Landra (Italia).
4 novembre » Al sig. dott. Antonio Bucci, della diocesi di Faenza.
9 » » Al sig. Gerardo Rubbens, dell'archidiocesi di Malines.

16 novembre 1936. Al sig. prof. Giuseppe dei Marchesi Lepri (Roma).
». » » Al sig. prof. Luigi Lombardi (Roma).
1 dicembre » Al sig. notaio Vittorio Coglievina, dell'archidiocesi di Vienna.
» ». » Al sig. Domenico Soligno, dell'archidiocesi di La Paz.
11 » » Al sig. archit. Augusto Courcoux, dell'archidiocesi di Lione.
» » » Al sig. cav. Giuseppe Meyerie, della medesima archidio- . cesi.
16 » » Al sig. Federico Giovanni Sheedy, dell'archidiocesi di Westminster.
30 » » Al sig. Emilio Boiteux, della diocesi di Metz.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

24 agosto 1936. Al sig. avv. Aurelio Espis, dell'archidiocesi di Cagliari,
» » Al sig. avv. Venturino Castaldi, della medesima archidiocesi.
» Al sig. rag. Angelo Aresti, della medesima archidiocesi.
» » Al sig. Claudio Villasanta, della medesima archidiocesi.
19 ottobre Al sig. rag. Bruno Bernardini, della diocesi di Vicenza,
» » Al sig. dott. Saverio Finizio, della archidiocesi di Chieti.
30 » Al sig. Giuseppe Pepe (Italia),
» » Al sig. dott. Carlo Romano Moneta (Italia),
9 novembre Al sig. Giuseppe Gevaert, dell'archidiocesi di Malines,
» » Al sig. Carlo Gevaert, della medesima archidiocesi.
13 Al sig. Carlo Carton, dell'archidiocesi di Cambrai,
16 » Al sig. Augusto Le Guennant, dell'archidiocesi di Parigi.
27 » A S. E. il sig. Alessandro Vértesy de Vértesalja (Ungheria) .
Al sig. K. Kunjavira Tharakan Parayil, dell'archidiocesi di Ernakulam.
Al sig. Verkey A vira Tharakan Parayil, della medesima archidiocesi.
Al sig. avv. not. Gerolamo Masella, della diocesi di Alife.
dicembre » Al sig. Armando Giuseppe Dugal, dell'archidiocesi di Montréal.
Al sig. Giuseppe Eusebio Alfonso y Ayala (Cuba).
Al sig. ing. Giorgio Luigi Echarte y Mazorra (Cuba).
Al sig. dott. Giuseppe Emanuele Cortina y Garcia (Cuba).
» Al sig. dott. Giulio Morales Coello (Cuba).
» Al sig. dott. Luca Samadrid Larriba (Cuba).
12 Al sig. Roberto Buthaud, della diocesi di Poitiers.

12 dicembre 1936. Al sig. Teofilo Besson-Leaud, della medesima diocesi.
15 » » Al sig. Giovanni Bey Ayoub, dell'archidiocesi greco-melchita di Horns, Hama, Yabroud.
29 » » Al sig. rag. Domenico Baldi (Italia).
» » » Al sig. Giuseppe Mennini (Italia).
» » » Al sig. rag. Roberto Palumbo (Italia).

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

27 novembre 1936. Al sig. Generale «vitéz» Lajos Keresztes-Fischer (Ungheria) .

La 'Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

3 dicembre 1936. Al sig. Colonnello Carlo Mendieta y Montefur, già Presidente della Repubblica di Cuba.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe militare:

7 dicembre 1936. Al sig. Comandante Luigi Rodolfo Miranda y de la Rua (Cuba).

La Gran Croce dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

24 ottobre 1936. Al sig. dott. Carlo Maria Stepan (Austria).
1 novembre » A S. E. il sig. Marchese Giuseppe Talamo Atenolfi di Castelnuovo, Ministro d'Italia nel Perù.

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

30 ottobre 1936. Al sig. prof. gr. uff. Virgilio Testa (Italia).
» » » Al sig. avv. Giuseppe Valignani dei baroni di Turri (Italia).
9 novembre » Al sig. dott. Antonio Cassia, dell'archidiocesi di Milano.

La Commenda dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

12 dicembre 1935. Al sig. Generoso De Cunzo, dell'archidiocesi di Bari.
30 settembre 1936. Al sig. Duca Paolo Sallier de la Tour Corio (Italia).
24 ottobre » Al sig. dott. avv. Cesare Vizzardelli, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. dott. Domenico Moretti, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Vincenzo Starace, della diocesi di Castellammare di Stabia.

31	ottobre	1936.	Al	sig. rag. Corrado Delfini (Italia).
»	»	»	Al	sig. dott. Candido Battisti (Italia).
	»		Al	sig. dott. Raffaele Palmisano (Italia).
»		»	Al	sig. Giuseppe Feiferlik (Austria).
12	novembre		Al	sig. Adriano Monaco (Italia).
14	»	»	Al	sig. dott. Raffaele De Sanctis, dell'archidiocesi di Bari.
16	»	»	Al	sig. Nicola Cupolo (Roma).
25		»	Al	sig. cav. Igino Palla, del Vicariato Apostolico della Cirenaica.
27	»		Al	sig. Conte Gyula Teleki (Ungheria).
»	»	»	Al	sig. Capitano Andrea Scholtz (Ungheria).
»	»	»	Al	sig. Barone Eriberto De Thierry (Ungheria).
»	»	»	Al	sig. Tenente Colonnello Giorgio Brunswik de Korompa (Ungheria).
		»	Al	sig. « vitéz » Gabriele de Gerlóczy (Ungheria).
	»	»	Al	sig. Tibor de Németh (Ungheria).
29	»	»	Al	sig. Mattia Tsu Kong Kia, del Vicariato Apostolico di Shanghai.
			Al	sig. Stanislao Seng Ta Gni, del medesimo Vicariato.
»	»		Al	sig. Domenico Misté, della diocesi di Vicenza.
5	dicembre	»	Al	sig. avv. Gennaro Galdo, dell'archidiocesi di Napoli.
»	»		Al	sig. ing. Ferdinando Licenziati, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al	sig. ing. Gaetano De Nicola, della medesima archidiocesi.
»		»	Al	sig. dott. Francesco Morgera, della medesima archidiocesi.
»	»		Al	sig. Antonino Pariapiano Velia, della diocesi di Agrigento.
10			Al	sig. rag. Francesco Favia, dell'archidiocesi di Bari.
»	»		Al	sig. dott. Corrado Sabatelli, della medesima archidiocesi.
11			Al	sig. ing. Andrea Battaglia, della diocesi di Mondovì.
»	»		Al	sig. Giuseppe Ghislanzoni, della diocesi di Bergamo.
12			Al	sig. avv. Francesco Nava, dell'archidiocesi di Milano.
21			Al	sig. prof. Eugenio Catello, della diocesi di Caiazzo.
29		»	Al	sig. ing. Lorenzo Bonanni (Italia).
»	»	»	Al	sig. dott. Pietro Battistoni (Italia)!
11	gennaio	1937.	Al	sig. Pio Nugari, della diocesi suburbicaria di Albano.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

23 dicembre 1935. Al sig. Angusto Issopi (Roma).
23 agosto 1936. Al sig. Giuseppe Luigi Donzelli, dell'archidiocesi di Cagliari.
28 settembre » Al sig. Leopoldo Arthold, della diocesi di S. Ippolito.
20 ottobre » Al sig. avv. Michele Amato (Roma).
» » » Al sig. Patrizio Giuseppe Russel, dell'archidiocesi di Perth.
22 » Al sig. Benedetto Tetecher (Roma).
28 » Al sig. Francesco Tusoni, della diocesi di Civita Castellana.
7 novembre Al sig. avv. Carlo Bressani, dell'archidiocesi di Udine.
Al sig, Giovanni Spinelli (Roma).
» Al sig. Sante Querin, della diocesi di Concordia.
9 Al sig. Dante De Angeli, dell'archidiocesi di Milano.
» Al sig. Augusto Jacobi, della diocesi di Savona.
18 Al sig. Rodolfo Stöger, dell'archidiocesi di Vienna.
21 Al sig. Francesco Berlese, della diocesi di Ceneda.
Al sig. ing. Guglielmo Bassano, del Vicariato Apostolico della Cirenaica.
27 » Al sig. Giovanni Melocco (Ungheria).
29 » Al sig. Rodolfo Moresi (Roma).
2 dicembre Al sig. rag. Antonio Pagliariccio, della diocesi di Senigallia.
4 » » Al sig. Enrico Soler y Barò (Cuba).
» » » Al sig. rag. Colombo Antonino Cerami (Roma).
6 » » Al sig. dott. Pietro Rodríguez Capote y Fernandez de Castro (Cuba).
» » Al sig. dott. Nemesio Ledo y Seijo (Cuba).
10 » Al sig. Alessandro De Lakatos (Ungheria).
» Al sig. avv. Umberto D'Angelillo, dell'Abbazia « Nullius » di Monte Vergine.
» Al sig. geometra Bernardo Catalini, dell'archidiocesi di Fermo.
16 » Al sig. Vittorio Fialho, dell'archidiocesi di Bombay.
21 » Al sig. Barone Maurizio de Fontenay, dell'archidiocesi di Parigi.
22 » * Al sig. Rosario Scuteri (Italia).

, Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

21 giugno 1936. Monsig. Gioacchino dos Santos, della diocesi di Uberaba.
» » » Monsig. Emanuele Fleury Curado, della medesima diocesi.
23 luglio » Monsig. Paolo Racz, dell'Amministrazione Apostolica ài Debrecen.
22 ottobre » Monsig. Boleslao Grudzienski, dell'archidiocesi di Leopoli dei latini.
Monsig. Casimiro Lozinski, della medesima, archidiocesi.
Monsig. Ludovico Peciak, della medesima archidiocesi.
Monsig. Matteo Sokotowski, della medesima archidiocesi.
Monsig. Carlo Cseznak, della medesima archidiocesi.
Monsig. Casimiro Bilczewski, della medesima archidiocesi.
Monsig. Francesco Konieczny, della medesima archidiocesi.
12 novembre » Monsig. Giacomo Naduvathchery, dell'archidiocesi di Ernakulam.
Monsig. Giuseppe C. Panjikaran, della medesima archidiocesi.
Monsig. Giuseppe Marchetti, del Patriarcato di Venezia.
Monsig. Giovanni Urbani, del medesimo Patriarcato.
» Monsig. Giuseppe Carrer, del medesimo Patriarcato.
» Monsig. Francesco Ant. Maria van Welie, dell'archidiocesi di Utrecht.
2Í Monsig. Casimiro Rovis, della diocesi di Trieste.
20 Monsig. Leonardo Ambrosini, dell'archidiocesi di Bari.
7 dicembre Monsig. Carlo Sajovitz, della diocesi di Trieste.
11 Monsig. Origene Rogari, della diocesi di Gubbio.
Monsig. Luigi Fiori, della diocesi di Belluno.
Monsig. Emilio Palatini, della medesima diocesi.
Monsig. Antonio De Cassai!, della medesima diocesi.
» Monsig. Francesco Macchioni, della diocesi di Bagnoregio.
» Monsig. Giovanni Blaschke, dell'archidiocesi di Olomouc.
Monsig. Carlo Livraghi, della diocesi di Lodi.
16 Monsig. Agostino Vedovi, della diocesi di Verona.
» Monsig. Aldo Pucciarini, dell'archidiocesi di Perugia.
» Monsig. Wendelino Giuseppe Nold, della diocesi di Dallas.
» Monsig. Patrizio Giuseppe O'Beirne, della medesima diocesi.

24 dicembre 1936. Monsig. Giuseppe Donnaloja, della diocesi di Monopoli.
» » » Monsig. Geremia J. Minihan, dell'archidiocesi di Boston.
» » » Monsig. Augusto Mazzoli (Roma).
» » » Monsig. Giuseppe Lojelo-Bianchi (Roma).
13 gennaio 1937. Monsig. Guido Capocaccia, della diocesi di Bagnoregio.
26 » » Monsig. Ottaviano Rosatti, della diocesi di Adria.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di 8. 8. :

24 dicembre 1936. Monsig. Enrico Bucossi (Roma).

Camerieri d'onore Soprannumerari di Spada e Cappa:

20 agosto 1936. Il sig. Saverio Bogusz, della diocesi di Tarnovia.
» » » Il sig. Antonio Götz-Okocimski, della medesima diocesi.

NECROLOGIO

28 dicembre 1936. Monsig. Antonio Macrioniti, Vescovo tit. de Cestro.
12 gennaio 1937. Monsig. Teófilo Bromboszcz, Vescovo tit. di Candiba.
20)) » Monsig. Michele Gallagher, Vescovo di Detroit.
21 » » Monsig. Pietro Aziz Hoh, Vescovo caldeo di Zakho«
25 » » Monsig. Patrizio Finegan, Vescovo di Kilmore.
28 » w Monsig. Raimondo Perez y Rodriguez, Patriarca delle Indie Occidentali e Vescovo di Cadice.
7 febbraio » Monsig. Agostino Schinner, Vescovo tit. di Sala.

An. et vol. XXIX 18 martii 1937 (Ser. II, v. IV) - Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

MOTU PROPRIO

QUAEDAM CAUSAE CIVILES, QUAE PERSONAS AULAE PONTIFICIAE RESPICIUNT, COMPETENTIAE SUBJCIUNTUR COMMISSIONIS DIE XXI MENSIS SEPTEMBRIS ANNI MCMXXXII INSTITUTAE.

PIUS PP. XI

A parziale scioglimento della riserva della pienezza dei poteri, da Noi fatta con l'articolo 2 della Nostra Legge fondamentale della Città del Vaticano, 7 giugno 1929, n. 1, Noi di certa scienza e Motu-proprio disponiamo e stabiliamo che le cause civili di natura patrimoniale ed economica, concernenti la Nostra Corte, comprese le Guardie Nobile, Svizzera e Palatina, siano giudicate dalla Commissione per le cause civili di competenza del Poro Ecclesiastico, istituita con il Nostro Motu-proprio del 21 settembre 1932.

E ciò abbiamo stabilito e stabiliamo, nonostante qualunque cosa in contrario, anche se dégna di speciale menzione.

Dato a Roma, presso San Pietro in Vaticano, addì venti del mese di febbraio, l'anno millenovecentotrentasette, sedicesimo del Nostro Pontificato.

PIUS PP. XI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

PEREGRINATIONIBUS AD SANCTAM LAURETANAM DOMUM QUAEDAM PRIVILEGIA INDULGENTIAEQUE TRIBUUNTUR, PRAETER EA QUAE PEREGRINATIONIBUS IN PALAESTINUM ET AD SANCTUARIUM LOURDENSE PER LITTERAS APOSTOLICAS DIE XVII M. IANUARII AN. MCMV DATAS CONCESSA FUERUNT.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Romani Pontifices Decessores Nostri, pias christifidelium ad potiora Christiani Orbis Sanctuaria peregrinationes singulari studio iugiter prosequuti sunt, easque peculiaribus gratiis et privilegiis praecipue spiritualibus auxerunt. Quapropter, cum nationalis italici pro Palaestina ac Lourdensi Sanctuario Comitatus Praeses hodiernus Nos enixe rogaverit ut piis etiam peregrinationibus ad Sanctam Lauretanam Domum privilegia indulgentiasque tribuere dignemur, quae iam Apostolicis sub Anulo Piscatoris Litteris, die xvn mensis ianuarii anno MCMV datis, pro peregrinationibus in Palaestinam et ad Sanctuarium Lourdense concessa sunt, Nos, auditis Sacris tum de Sacramentis tum Concilii Congregationibus, nec non Sacra Apostolica Poenitentiaria, postulationibus huiusmodi annuendum ultro libenterque censemus. Itaque hisce Litteris Apostolicis atque auctoritate Nostra favore peregrinationum, quas memoravimus, ad Sanctam Domum Lauretanam concedimus ut quoties, propter nimiam peregrinorum frequentiam, multitudo fidelium in ecclesiis recipi nequeat, Sanctum Missae Sacrificium sub divo peragi possit, dummodo ad praecavendam fragmentorum dispersionem, altare, in quo Missa litanda erit, tribus a lateribus tegatur tabulis, vel super idem altare, quo ipsum a ventis protegatur, tentorium adsit obductum ad tria eiusdem altaris latera iuxta aediculae formam descendens, vel alia quoque ratione id fiat, quae cum reverentia tanto Mysterio debita consentanea sit. Praeterea, Commissionis Pontificiae ad Codicis Canones authentice interpretandos responsioni circa can. 883 die xx m. maii an. MCMXXIII datae derogantes, omnibus et singulis presbyteris peregrinis, a die primo discessus ad diem domum reditus inclusive, nec non pro toto tempore, quo navis in portibus Consistat, absque induciarum huius stationis limite, facultatem facimus excipiendi sacramentales confessiones sociorum e quavis dioecesi peregrinorum, dummodo ipsi sint ad confessiones excipiendas canonice probati, et quod

ad mulierum confessiones debitae cautelae adhibeantur; presbyteris vero confessariis, ad hoc ab ipso peregrinationis Moderatore designatis, confessiones etiam nautarum navi addictorum, aliorumque, qui forte velint sese admissorum sacramentali confessione expiare, recipiendi facultatem largimur, pro parte quae Canonis memorati C. I. C. 883 ambitum excedit. Pari autem Nostra auctoritate veniam facimus ex qua, maritimo itinere durante, dummodo adhiberi queant debitae, quae ad securitatem et dignitatem spectent, cautelae, plures, moderatoris arbitrio, Missae celebrentur, atque intra Sacrificii actionem, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum a presbytero ibidem Sacris operante liceat, ex universo Ecclesiae indulto, adstantibus diriberi. Insuper omnibus ad quos spectat largimur, ex prudenti moderatoris peregrinationis arbitrio, facultatem Sacramentum augustum adservandi, benedictionem cnm Eodem impertiendi, Illudque in sacris pompis circumferendi, servatis iugiter debitis quoad conveniens decus et securitatem cautelis. Praeterea cum nihil Nobis antiquius sit quam ut Opus tam frugiferum uberiora capiat incrementa, spiritualibus quoque Indulgentiarum muneribus illud locupletandum censemus. Ideoque ex omnipotentis Dei misericordia et beatorum eius Apostolorum Petri ac Pauli auctoritate confisi, die discessus ac die reditus cuiusque peregrinationis ad Sanctuarium Lauretanum, et uno alio die a peregrinationis Moderatore, ipsa durante, designando, omnibus christifidelibus ex utroque sexu, qui vel peregre iter faciant, vel precibus aut alio pio opere peregrinanti bus sese spiritu socient, dummodo Eucharisticis dapibus se reficiant, ac pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, *Plenariam Indulgentiam* misericorditer in Domino concedimus. Veniam quoque facimus lucrandi indulgentias Sanctuarii Lauretani proprias, etiamsi propter nimiam peregrinorum frequentiam vel ex alia rationabili causa Missa inibi fìat sub divo; et, servatis servandis, expressam ad hoc facultatem Apostolica Nostra auctoritate tribuimus. Indulgentias insuper Viae Crucis seu Calvariae, vel in maritimo vel in terrestri itinere concedimus, dummodo pia exercitatio fiat turmatim, praecedente tantum lignea Cruce rite benedicta. Commoditati bus autem christifidelium peregrinorum prospicientes, dispensationem a ieiunio atque ab obligatione ciborum quadragesimalium toto itinere, remoto scandalo, largimur hisce in peregrinationibus, dummodo peregrini iisdem diebus vel adsint Missae, vel per horae quadrantem piae meditationi vacent, aut tertiam Rosarii partem recitent. Denique in huiusmodi etiam peregrinationibus Lauretanis a die primo discessus ad novissimum reditus diem inclusive

Sacerdotibus peregrinantes Breviarii recitationem in illam solidi Rosarii benigne commutamus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec concedimus, largimur ut Peregrinationes Lauretanae in animorum salutem bene vertant, atque amor cultusque christifidelium erga Sanctissimam Virginem Dei Genitricem Mariam potissimum in Sacra Lauretana Domo, tot tantisque fidei documentis celeberrima, magis magisque in dies succrescant; decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Castri Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die vi m. augusti, an. MCMXXXVI, Pontificatus Nostri decimo quinto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

II

TEMPLUM PRAEPOSITURALE IN HONOREM SS. SYRI ET MATERNI IN CIVITATE DESIO DICATUM, INTRA FINES ARCHIDIOECESIS MEDIOLANENSIS,, BASILICAE MINORIS HONORIBUS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Mediolanensis Archidioecesis intra fines in civitate natali Nostra « Desio » nuncupata exstat praepositurale templum iam conlegiatum in honorem Sanctorum Syri et Materni Deo dicatum. Fertur Sanctum Ioannem Bonum, Mediolanensium Archiepiscopum, Sancti Syri relliquias ex lanuensi urbe secum tulisse atque ad honorem eiusdem Sancti antiquum templum ipso in loco exaedificandum curasse, quod iam saeculo decimo tertio uti praepositura valde conspicua ob quadraginta eidem subiectas ecclesias memoratur. Capitulum, quod non modo in Desiensi templo sed et in finitimis pagis operam suam praebebat, iam ab anno MCCCXCVIII ibi constitutum, olim maiore canonicorum numero pollens, temporibus vero Iosephi II Regis minore canonicorum numero constans, saeculo decimo octavo exeunte, in perturbationibus nempe napoleonicis, suppressum est nec amplius restitutum. Hodiernum autem templum loco antiquae sacrae aedis anno millesimo

sexcentésimo quinquagesimo primo inceptum a Iosepho Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Pozzobonelli, Mediolanensium Archiepiscopo, anno MDCCXXXXIV consecratum est; at in novam ampliorem formam an. MDCCCXci redactum, denuo a rec. mem. Andrea Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Ferrari, Mediolanensium Archiepiscopo, sollemniter est consecratum. Hodiernum Desiense praeposituraie templum artis religiosae perinsigne exstat monumentum, structura praenobili atque amplitudine pulcrisque picturae operibus ornatum. Pretiosis quidem inclusae thecis asservantur in hac sacra Aede Sanctorum plurium insignes relliquiae; omniaque alia ibidem ad templum spectantia copiosa quidem atque ditissima habentur. Haec animo repetentes, cum hodiernus praepositus Désiensis, communia cleri et populi civitatis, quam spirituali cura moderatur, vota depromens, humillime atque enixe Nos flagitaverit pro ipso templo praeposituraii titulum honorem Basilicae Minoris, occasione labentis anni octuagesimi ab ortu Nostro, Nos votis huiusmodi, quae commendationibus suis amplissimis Alaphridus Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Schuster, Mediolanensium Archiepiscopus, ornat atque auget, annuendum ultro libenterque censemus. Quae cum ita sint, conlatis quoque consiliis cum Dilecto Filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum Desiense templum praeposituraie in honorem Sanctorum Syri et Materni Deo Optimo Maximo dicatum intra fines Mediolanensis Archidioecesis, titulo ac dignitate decoramus *Basilicae Minoris,* una cum privilegiis atque h onoriticentiis, quae Minoribus Almae Urbis Basilicis de iure competunt. Haec statuimus ac largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque éx nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die VII m. decembris an. MCMXXXVI, Pontificatus Nostri decimo quinto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTULA

AD EMUM P. D. DIONYSIUM TIT. SS. NERBI ET ACHILLEI S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM DOUGHERTY, ARCHIEPISCOPUM PHILADELPHIENSI»!, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONGRESSUM EX OMNI GENTE EUCHARISTICUM XXXIII MANILAE HABENDUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Summa animi delectatione iam pridem accepimus, trigesimum tertium Eucharisticum ex omnibus gentibus Congressum Manilae, in urbe Philippinarum Insularum capite, magnifico ornamentorum apparatu atque flagrantissima animorum pietate, proximo ineunte februario mense, concelebratum iri. Etenim post Bonaerenses Christi Regis triumphos novi, qui in extremo Oriente apparantur, in Nostram revocant memoriam fatidica illa verba : « Et dominabitur a mari usque ad mare : et a flumine usque ad terminos orbis terrarum») (Ps. LXXI, 8). Optimo autem consilio praecipua Congressionis studia ad ipsam intimam Eucharistiae cum Missionalium opere necessitudinem attinebunt. Quid enim efficacius ad catholicam fidem in terris propagandam, quam praecellens hoc sacramentum, simulque sacrificium, quod proprie « mysterium fidei » appellatur? Nonne exstat ipsum Ecclesiae seu Christi Regni veluti centrum, quod omnes fideles ad se fortiter attrahit, atque infideles quoque suaviter allicit, ut unum ovile sub unico Pastore efficiatur? Nobilissima igitur ac perutilia argumenta in proximo Conventu Eucharistico pertractanda proponuntur. Nos autem, qui nihil habemus antiquius, quam ut Christi Regnum per divinam Eucharistiam, tum in fidelium animis, tum in catholicorum societate, altius solidiusque constabiliatur, atque novae sobolis incrementis latissime amplificetur, sollemni Eucharisticae celebrationi per Legatum Nostrum praesentes quodammodo adesse exoptamus. Quapropter te, Dilecte Fili Noster, qui quondam pastorale munus in ipsis Philippinis insulis exercuisti atque in praesens tam praeclarae Sedi metropolitanae modera ri s, quique amplissimi Senatus Nostri tanta es cum dignitate particeps, Legatum Nostrum a latere, ut iam antea ediximus, per hasce Litteras deligimus atque constituimus, ut, Nostram gerens personam, Congressui Eucharistico ex omnibus nationibus Manilae proxime cogendo eiusque sacris caeremoniis nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideat. Pro certo autem habemus te, pro insigni ipsa, qua emines, Archiepiscopi dignitate, Romanae purpurae splendore

peraucta, proque eximia, qua flagras erga sanctissimam Eucharistiam pietate, praenobile hoc munus naviter esse utiliterque obiturum, atque optata Nostra aperte libenterque declaratur um. Si enim unquam in hominibus singulis, inque consociatis, supernaturalis vita plane revocanda fuit, nunc potissimum, hac nempe publicarum rerum tempestate, quando ubique fere mortalium genus angitur ac trépidât, ut qui febri aestuque iactatur, et dum anxia cupidine prosperitati studet eique unice Adit, fugientem sequitur, inhaeret labenti. Homines profecto ac societates, ut necessario ex Deo sunt, ita in nullo alio vivere, moveri et boni quidquam efficere queunt, nisi in Deo per Iesum Christum, ex quo late optima quaeque et lectissima Auxerunt perpetuoque fluunt. Horum vero bonorum fons et caput est procul dubio mirabile Eucharistiae sacramentum, quod et vitam supernaturalem alit ac sustentat, et dignitatem ipsam humanam in immensum auget. Quid sane maius, quid hominibus optabilius, quam effici, iuxta illud beati Petri, « divinae consortes naturae »? (2 Petr. i, 4). Itaque vis quoque ac virtus praeconum fidei ex hoc augusto sacramento quam maxime oritur ac pendet : quo nempe arctior erit missionalium cum divino Rege coniunctio, eo amplior uberiorque in terris infidelium seges fructuum percipietur. Laetis hisce votis ominibusque iter aggredere. Dilecte Fili Noster, ad extremum Oceanum, quem vocant, Pacificum. Esto ipsum nomen felix auspicium : atque enixe rogatus a tanta fidelium multitudine ex omni gente Manilana colligenda ipse mundi Salvator, qui « princeps pacis » (Is. ix, 6) iure appellatur, velit nationibus insane aéstuantibus illam donare animorum concordiam mutuamque caritatem, quam ipsae sibi dare non possunt. Caelestium interea gratiarum conciliatrix ac praenuntia, simulque peculiaris Nostrae dilectionis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, tuaeque Legationis sociis, egregio de Manila Archiepiscopo, clero ac populo cunctisque iis, qui sollemnibus adfuturi sunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die i mensis ianuarii, in Circumcisione Domini, anno MCMXXXVII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

PROVISIO ECCLESIAE

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, Decreto S. Congregationis pro Ecclesia Orientali die 31 mensis octobris anno 1936 dato, ad titularem episcopalem Ecclesiam Pionitanam eligere dignatus est Illmum ác Revmum D. Alexandrum Eyreinoff, Protonotarium Apostolicum *ad instar,* cum officio Pontificalia atque Sacras Ordinationes iuxta ritum byzantinum in Urbe peragendi.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis ut infra datis decretis Sacri Consilii Christiano nomini propagando, Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Papa XI dignatus est sequentes providere Ecclesias, videlicet :

die 19 novembris 1986. — Titulari episcopali Ecclesiae Trapezopolitanae praefecit R. P. Theodorum Schu, e Societate Verbi Divini, quem constituit Vicarium Apostolicum de Yenchowfu.

die 19 decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae G er gitanae R. P. Ioannem van Sambeck, e Missionariis Africae, quem constituit Vicarium Apostolicum Tanganikensem.

die 28 decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Phelbesianae R. D. Henricum Van Schlugen, e Societate Iesu, quem constituit Vicarium Apostolicum de Koango.

— Titulari episcopali Ecclesiae Madensi R. P. Antonium Grauls, e Missionariis Africae, quem constituit Vicarium Apostolicum de Urundi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thuburbitanorum minorum R. P. Franciscum Saverium Thoyer, e Societate Iesu, quem constituit Vicarium Apostolicum de Fianarantsoa.

— Titulari episcopali Ecclesiae Drivastensi, R. P. Ciprianum Cassini, e Societate Iesu, quem constituit Vicarium Apostolicum de Pengpu.

die J/. februarii 1937. — Titulari Episcopali Ecclesiae Teuchiranae R. P. Franciscum Lemasle, e Societate Parisiensi missionum ad exteras gentes, quem constituit Vicarium Apostolicum de Hué.

die 18 februarii. — Archiepiscopali Ecclesiae Hobartensi R. P. lustinum Simonds, rectorem Seminarii minoris de Springwood in Archidioecesi Sydneyensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Dióspolitanae in Thracia R. P. Ioannem, Iosephum, Georgium Deymier, Congregationis Missionis sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum de Hangchow.

II

NOMINATIONES

Decretis ut infra, Sacra Congregatio de Propaganda Fide renunciavit ad suum beneplacitum :

die 9 novembris 1936. — R. D. Paulum Aijiro Yamaguchi, e clero indigena, *Praefectum Apostolicum de Kagoshima.*

die 4 decembris. — Exc. P. D. Guilelmum Finnemann, Episcopum tit. Soranum, *Praefectum Apostolicum Mindorensem.*

— R. P. Quintinum Pessers, O. F. M., *Praefectum Apostolicum de Kiangchow.*

die 18 decembris. — R. P. Benedictum Cialeo, O. P., *Praefectum Apostolicum de Multan.*

die 18 ianuarii 1937. — R. P. Guilelmum Ferrer Cassidy, O. P., *Superiorem ecclesiasticum Missionis sui iuris de Kienning.*

die 26 februarii. — R. P. Iosephum Kirsten, e Congregatione Sancti Spiritus, *Praefectum Apostolicum de Benue.*

die 5 martii. — R. P. Ioannem Baptistam Rosenthal, e Pia Societate Missionum, *Ecclesiasticum Superiorem Missionis sui iuris de Queenstown.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA. PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DUBIA

SUPER DECRETO « CONSILIUM SUUM PERSEQUENS »

Sacrae Paenitentiariae Apostolicae infra relata dubia quoad eiusdem Sacri Tribunalis Decretum « Consilium suum persequens », die 20 martii 1933 datum et subsequenti die 1 aprilis evulgatum, pro opportuna solutione proposita fuerunt:

I. An Clericus, qui nomen dederit piis fidelium associationibus ante memorati Decreti evulgationem, frui possit facultatibus in eodem Decreto recensitis vixdum sacrum Presbyteratus Ordinem susceperit.

II. An. Sacerdos, ad Confessiones non approbatus, qui, uti supra, suum nomen dederit ante Decreti evulgationem, frui valeat praedictis facultatibus.

Et Sacra Paenitentiaria Apostolica die 23 februarii 1937 respondendum censuit :

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Affirmative,* exceptis tamen facultatibus adnectendi Indulgentias Apostolicas et Plenariam « in articulo mortis », quae exerceri nequeunt nisi post obtentam approbationem ad excipiendas sacramentales Confessiones.

Facta autem de omnibus relatione Ssmo D. N. Pio div. Prov. Pp. XI in audientia habita ab infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiore die 27 mensis nuper elapsi, Sanctitas Sua resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam decrevit.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae, die 2 martii 1937.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. © S,

S. LUZIO, *Regens.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Mercoledì, 24 febbraio 1937, Sua Eminenza Reverendissima il Signor Cardinale Eugenio Pacelli, Segretario di Stato di Sua Santità, ha ricevuto in solenne Udienza, per incarico speciale del Sommo Pontefice, S. E. il Sig. Raul Contreras, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica di El Salvador, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE «DE PROPAGANDA FIDE»

NOMINE

La S. Congregazione «de Propaganda Fide» con successivi Decreti ha nominato :

24 novembre 1936. *Membri del Consiglio Superiore Generale della Pontificia Opera della Propagazione della Fede:* Pillino e Revmo Monsig. Leonida Perrin, per il Canada e il Revmo Sac. Enrico Cheramy, per la Francia.

9 dicembre » Il Rev. Sac. Enrico Chappoulie, *Presidente del Consiglio centrale in Parigi della Pont. Opera della Propagazione della Fede.*

23 febbraio 1937. Il Rev. Sac. Marco Alaupovic, *Presidente nazionale della Pont. Opera della Propagazione della Fede per la Jugoslavia.*

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 23 febbraio 1937, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *ordinaria,* nella quale al giudizio dei Signori Emi e Revmi Cardinali, componenti la medesima, sono stati sottoposti i seguenti argomenti :

1) Riassunzione della causa di canonizzazione della Beata Anna di S. Bartolomeo, vergine, dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi.

2) Riassunzione della causa di canonizzazione della Beata Vincenza Gerosa, confondatrice dell'Istituto delle Suore della Carità della Beata Bartolomea Capitanio.

3) Introduzione della causa di beatificazione e canonizzazione del Servo di Dio Vitale Giustino Grandin, Vescovo di S. Alberto, della Congregazione degli Oblati di Maria Vergine Immacolata.

4) Approvazione degli scritti della Serva di Bio Margherita Ebner, religiosa professa dell'Ordine di S. Domenico.

5) Approvazione degli scritti del Servo di Dio Federico Jonsoone, dei Frati Minori.

6) Approvazione degli scritti della Serva di Dio Maria Fortunata Viti, religiosa conversa dell'Ordine di S. Benedetto.

Martedì, 9 marzo 1937, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati e Consultori teologi si è tenuta la Congregazione *preparatoria* dei Sacri Riti, per discutere sopra due miracoli che si asseriscono operati da Dio per intercessione dèi Beato Salvatore da Orta, laico professo dell'Ordine dei Frati Minori : i quali miracoli vengono proposti per la sua canonizzazione.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

10 luglio 1936. L'Emo e Revùio Signor Cardinale Federico Tedeschini, *Protettore della Pia Unione Primaria dell'Istituto Teresiano di Madrid.*

29 dicembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore dell'Istituto delle Suore Benedettine della Divina Provvidenza di Voghera,* (Tortona).

á gennaio 1937. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, *Protettore della Congregazione di Gesù e Maria (Eudisti).*

11 » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore dell'Istituto dei Fratelli dell'Istruzione Cristiana di S. Gabriele.*

20 L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Pacelli, *Protettore dell' Istituto delle Suore Scolari di S. Francesco* (Milwaukee).

25 , gennaio 1937. L'Emo e Revmo Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore del Monastero di 'Nazareth nella città di Bruges, del Monastero della B.M.V. del Buon Consiglio in Ray ward's Heath e del Monastero di S. Monica in Hoddesdon, tutti dell'Ordine delle Canonichesse Regolari di S. Agostino.*

a » » L'Eñio e Revmo Signor Cardinale Nicola Canali, *Protettore delle Suore del Terz'Ordine di S. Domenico (Congregazione di S. Caterina da Siena) in Portogallo.*

30 » » L'Emo e Revmo Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore della Congregazione dei Missionari Figli del Cuore Immacolato di Maria.*

» » », L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore delle Suore Domenicane di S. Sisto Vecchio* (Roma).

2 febbraio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore della Congregazione delle « Gardiennes-Adoratrices de l'Eucharistie » di Orléans.*

3$ » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore delle Suore della Carità di S.Paolo Apostolo, di Selly Park* (Birmingham).

8 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, *Protettore della Congregazione dei Fratelli di Carità di Gand.*

§ » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominión!, *Protettore delle Suore di S. Giuseppe di Orange* (Los Angeles).

12 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Boetto, *Protettore delle Suore « Mañanitas » di Lima.*

» » » Gli Illmi Sigg. Avvocati Lamberto Vignoli e Michele Zanchi, *Avvocati Concistoriali.*

15 » » L'Illmo e Revmo Monsig. Augusto Fidecicchi, *Prelato uditore della Sacra Romana Rota.*

Assistente al Soglio Pontificio:

25 gennaio 1937. S. E. Revma Monsig. Colombano Dreyer, Arcivescovo tit. di Aduli.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

27 novembre 1936. Monsig. Antonio Macchioli, dell'archidiocesi di La Piata.

30 gennaio 1937. Monsig. Luigi Nava, dell'archidiocesi di Milano.

17 febbraio » Monsig. Michele Pazienza, della diocesi di Bitonto.

Prelati Domestici di Sua Santità:

12 dicembre 1936. Monsig. Enrico Kugener, della diocesi di Gravelbourg.
» » » Monsig. Martino Kesseler, dell'archidiocesi di Winnipeg.
14 » » Monsig. Adolfo Modzelewski, della diocesi di Plock.
» » » Monsig. Giacinto Michalik, della diocesi di Tarnovia.
•15 gennaio 1937. Monsig. Agostino Danglmayr, della diocesi di Dallas.
» » » Monsig. Giuseppe Grundy O'Donohoe, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Fabio Italiani, dell'archidiocesi di Perugia.
» » Monsig. Bruno Kratzig, della diocesi di Trieste.
18 » Monsig. Giuseppe V. Tracy, dell'archidiocesi di Boston.
» » Monsig. Francesco Saverio Dolan, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Giuseppe C. Walsh, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Giuseppe F. Coppinger, della medesima archidiocesi.
» » Monsig. Agostino F. Hickey, della medesima archidiocesi.
27 » Monsig. Patrizio J. Healy, dell'archidiocesi di New York.
28 » Monsig. Vito Maraglino, dell'archidiocesi di Taranto.
30 » Monsig. Enrico Fitzgerald, dell'archidiocesi di Brisbane.
3 febbraio » Monsig. Giovanni Foschini, della diocesi di Imola.
5 » » Monsig. Giulio Guidetti, dell'archidiocesi di Modena.
» » » Monsig. Riccardo Magnanensi (Roma\
15 » » Monsig. Augusto Fidecicchi (Roma).

ONORIFICENZE

Con Brevi apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Commenda dell'Ordine Piano:

12- febbraio 1937. Al sig. Marchese Giovanni Evangelista Bisleti, Esente nei Corpo della Guardia Nobile Pontifìcia.

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

12 febbraio 1937. Al sig. Conte Tommaso Fani, Capitano nel Corpo della. Guardia Nobile Pontifìcia.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

23 gennaio 1937. Al sig. Giovanni Fummi (Roma).
6 febbraio » Al sig. Giuseppe Gavazzi, dell'archidiocesi di Milano.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

30 gennaio 1937. Al sig. J. Arturo Trudel, della diocesi di Trois-Rivières.

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe militare:

12 febbraio 1937. Al N. H. sig. Angelo Antonucci, Cadetto nel Corpo della Guardia Nobile Pontificia.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

12 dicembre 1936. Al sig. Enrico Gignac, della diocesi di London.
11 gennaio 1937. Al sig. Giuseppe Leplang, dell'archidiocesi di Malines.
13 » » Al sig. dott. Antonio Candiani, del Patriarcato di Venezia.
» » » Al sig. dott. Ulisse Canziani, dello stesso Patriarcato.
14 » » Al sig. Giuseppe Narciso Jelats, dell'archidiocesi di Santiago di Cuba.
20 » » Al sig. Achille Viaene, della diocesi di Bruges.
30 » » Al sig. Alfonso Maria Gaspare Giovanni Steinküler, della diocesi di Bois-le-Duc.

La Commenda dell'Ordine- di S. Silvestro Papa:

13 gennaio 1937. Al sig. dott. Virgilio Vanni, del Patriarcato di Venezia.
26 » » Al sig. Giuseppe Rumor, della diocesi di Vicenza.
» » » Al sig. Saba Dell'Oca, della diocesi di Còrno.
12 febbraio » Al sig. dott. Guido Jacoucci (Roma).
» » » Al sig. dott. Carmine Starace (Roma).
17 » » Al sig. dott. Giovanni Piana, dell'archidiocesi di Milano.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

12 gennaio 1937. Al sig. Giovanni Liviero, del Patriarcato di Venezia.
» » » Al sig. Riccardo Perale, dello stesso Patriarcato.
» » » Al sig. Luigi Moretti, dello stesso Patriarcato.
15 febbraio » Al sig. Romeo Termignone (Roma).

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

15 gennaio 1937, S. E. Revma Monsig. Luigi Traglia, Arcivescovo tit. di Cesarea di Palestina e Vicegerente di Roma, *Consultore della Suprema Sacra Congregazione del Sant'Offizio.*
» » » Il Revmo P. Mariano Cordovani, O. P., Maestro del Sacro Palazzo Apostolico, *Consultore della Commissione Pontificia per gli Studi Biblici.*

3 febbraio 1937. Il Revmo P. Giovanni de Matha Hudecek, delia Congregazione dei Ssmo Redentore, *Consultore delia Suprema Sacra Congregazione del Sant'uffizio.*

» » » L'Illmo e Revmo Monsig. Pietro Parente e i Revmi Padri M. Reginaldo Garrigou-Lagrange, dei Frati Predicatori e M. Giacomo Garcia, degli Eremitani di S. Agostino, *Qualificatori della Suprema Sacra Congregazione del Sant'uffizio.*

27 » » U Revmo P. Agostino Darmanin, dei Frati Predicatori, *Consultore della S. Congregazione del Concilio.*

» » » I Revmi Padri Angelico da Alessandria, dei Frati Minori Cappuccini e Ludovico Fanfani, dei Frati Predicatori, *Consultori della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

14 aprile 1936. Monsig. Luigi RubinOj dell'archidiocesi di Napoli.
6 agosto » Monsig. Alberto Almarines, della diocesi di Calbayog.
22 ottobre » Munsig. Eustachio Arguiñano, dell'archidiocesi di San tiago di Cuba.
27 gennaio 1937. Monsig. Carlo Calchi Novati, dell'archidiocesi di Milano
28 » » Monsig. Ladislao Okrós, della diocesi di Csanad.
5 febbraio » Monsig. Lorenzo Gelsi, della diocesi di Luni.
» » » Monsig. Francesco Salvatore, della medesima diocesi.
» » Monsig. Luigi Dilda, della diocesi di Cremona.
» » » Monsig. Giuseppe Falcon, della diocesi di Concordia.
11 » » Monsig. Erminio Cantalini, dell'archidiocesi di Aquila.
» » Monsig. Lorenzo Piva, della diocesi di Reggio Emilia.
18 » Monsig. Michele Vettese, dell'abbazia di Montecassino.
4 marzo » Monsig. Emilio Guidi, dell'archidiocesi di Lucca.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S. :

settembre 1935. Monsig. Antonio Cangro, della diocesi di Sorocaba.
» » Monsig. Vincenzo Hynarowski, della medesima diocesi,
febbraio 1936. Monsig. Daniele Cepollaro, della diocesi di Bitonto.
» » Monsig. Valerio Donati, della diocesi di Acquapendente,
febbraio 1937. Monsig. Luigi Roncagli, dell'archidiocesi di Bologna.
» » Monsig. Angelo Vigarani, della medesima archidiocesi.

An. et yol. XXIX- 31 martii 1937 (Ser. II, v. IT) - Num. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

LITTERAE ENCYCLICAE

-AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE COMMUNISMO ATHEO.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Divini Redemptoris promissio humani generis primordia illuminat; atque adeo praefidens meliorum temporum spes, quemadmodum dolorem mulsit ob amissum « paradisum voluptatis », [1] ita per afflictum trepidumque iter homines prosecuta est, usque dum, « ubi venit plenitudo temporis », [2] Servator noster adveniens, diuturni desiderii exspectationem explevit; ac novam universis gentibus cultioremque aetatem auspicatus est, quae a christiano nomine dicitur, quaeque illam in immensum propemodum evincit ac superat, quam nonnullae praestantiores nationes magna opera magnoque labore attigerant.

[1] **Cf.. *Gen.*, III, 23.**

[2] ***Galat.*, IV,** 4.

Post miserum Adae casum, asperum virtutis certamen adversus vitiorum incitamenta ex hereditaria eiusmodi labe consecutum est; ac numquam destitit antiquus ille insidiator vaferrimus sollicitationum fallaciis mortales decipere. Quapropter per aetatis decursum alia aliam excepit perturbatio, donec ad praesentem rerum conversionem ventum est, quae, fere ubique terrarum, vel iam saevit, vel formidolose minitatur; quaeque insectationes omnes, quas Ecclesia perpessa est, vi magnitudineque excedere videtur. Ita quidem ut populi in id discriminis agantur, ut in barbariem recidant, de tenorem utique quam eam, in qua longe maxima pars gentium ante Divini Redemptoris adventum versarentur.

Vos procul dubio, Venerabiles Fratres, iam perceptum habetis de quo minaci periculo loquamur; de *communismo* scilicet *bolscevico,* quem vocant, eodemque atheo, cuius peculiare propositum eo contendit, ut societatis ordinationem radicitus commisceat, ipsaque christianae urbanitatis fundamenta subvertat.

I

At, contra haec minacia tentamina posita, neque silere poterat, neque siluit catholica Ecclesia. Non siluit haec Apostolica Sedes, quae probe novit suum esse peculiare munus veritatem, iustitiam omniaque immortalia bona tueri, quae *communistarum* secta spernit atque impugnat. Iam inde a temporibus, cum eruditorum hominum ordines sibi sumpsere civilem cultum humanitatemque exsolvere religionis moralisque disciplinae vinculis, Decessores Nostri sui officii partes esse duxerunt conceptis verbis commonere omnes, quo haec contenderet humanae consortionis a christianis praeceptis abalienatio. Et ad *communistarum* errores quod attinet, iam anno MDCCCXLVI Decessor Noster f. r. Pius IX eos sollemniter reprobavit, reprobationemque suam subinde per Syllabum confirmavit. Hisce videlicet verbis utitur in Encyclicis Litteris *Qui pluribus* : « ... Huc [spectat] infanda ac vel ipsi naturali iuri maxime adversa de *Com-*

•*munismo,* uti vocant, doctrina, qua semel admissa, omnium iura, res, proprietates, ac vel ipsa humana societas funditus everterentur ».[3] Àc posteriore tempore alius Decessor Noster im. rec. Leo XIII hos eosdem errores per Encyclicas Litteras *Quod Apostolici muneris*[4] ita-definite significanterque descripsit : ((... lethiferam pestem, quae per artus intimos humanae societatis serpit, eamque in extremum discrimen adducit » ; itemque sagacis suae mentis acie demonstravit concitatam multitudinum ad atheismi placita contentionem, dum technica disciplinarum ratio tantopere efferetur, e philosophicis illis commentis originem duxisse, quae iam diu scientiam a fide vitaeque actionem ab Ecclesia segregare eniterentur.

Nos itidem non semel per Pontificatus Nostri decursum, increscentes huius impietatis Auctus, minaciterque aestuantes instanti sollicitudine denuntiavimus. Siquidem, cum anno MDCccCxxiv e Russiarum regionibus ii rediere, quos Nos ad suppetias ferendas miseramus, peculiari ad universum catholicum orbem allocutione habita,[5] *communistarum* errores rationesque improbavimus. Ac per Encyclicas Litteras *Miserentissimus Redemptor,*[6] *Quadragesimo anno,*[7] *Caritate Christi,* * *Acerba animi,*[9] *Dilectissima Nobis,*[10] christiani nominis insectationes, cum in Russia, tum in Foederatis Mexici Civitatibus, tum de nique in Hispania saevientes, sollemniter expostulando conquesti sumus. Atque ea adhuc recenti memoria vigent, quae superiore anno verba fecimus, sive cum catholicarum scriptionum ex universo terrarum orbe Expositionem auspicati sumus, sive cum ex Hispania prófugos coram admisimus, sive etiam cum, Nataliciis adventantibus Sollemnibus, radiophonicum dedimus

[3] **Litt. Encycl. *Qui pluribus,* d. 9 nov. 1846 *(Acta Pii IX,* vol,. I, p. 13),** Cf. ***Syll.,* § IV (i. *8. S.,* vol. III, p. 170).**

[4] **2S dec. 1878 *(Acta Leonis XIII,* vol. I, pp. 170-183).**

[5] **Alloc. 18 dec. 1924 : *A. A. 8.,* vol. XVI, pp. 494, 495.**

[6] **S maii, 1928: *A. A. 8.,* vol. XX, pp. 1.65-178.**

[7] **15 maii, 1931 : *A. A. 8.,* vol. XXIII, pp. 177-228.**

[8] **3 maii, 1932 : *A. A. 8.,* vol. XXIV, pp. 177-194.**

[9] **29 sept. 1932: *A. A. 8.,* vol. XXIV, pp. 321-332.**

[10] **3 iun, 1933: *A. A. 8.,* vol. XXV, pp. 261-274.**

nuntium. Vel acerrimi ipsi Ecclesiae osores, qui Mosquâ, ex eorum urbe capite, huic adversus christianum humanitatis cultum certamini praesunt, haud intermissis eorum conatibus, non tam verbis quam reapse testantur, Summum Pontificatum, nostris quoque temporibus, non modo christianae religionis sacra tutari integra fide non desti tisse, sed crebrius etiam maioreque suadendi vi, quam terrenam quamlibet publicam aliam auctoritatem, ingens *communistarum* periculum monendo denuntiasse.

Nihilo secius, quamquam Nos geminata eiusmodi paternaque hortamenta edidimus, quae vos, Venerabiles Fratres, per tot pastorales litteras, vel communiter datas, diligenter explanando, cum christifidelibus communicastis, hoc tamen discrimen, seditiosorum hominum calliditate conflatum, cotidie magis magisque ingravescit. Quamobrem ofiicio duximus Nostram iterum efferre vocem; idque facimus per hoc maioris gravitatis documentum, quemadmodum huic Apostolicae Sedi, veritatis magistrae, moris est; eoque libentius, quod id in omnium votis per catholicum terrarum orbem esse novimus. Futurum vero confidimus ut huius vocis Nostrae sonum ii omnes volentes excipiant, qui, mente a praeiudicatis opinionibus libera, sincero animo humanae communitatis bonum expetant. Quam quidem fiduciam illud quodammodo auget, quod haec monita Nostra iis deterrimis fructibus confirmata videmus, quos Nos a subversorum opinationibus orituros denuntiando prospeximus, quique vel reapse in regionibus, ubi iidem dominantur, forrnidolose increbrescunt, vel ceteris gentibus minaciter impendent.

Volumus igitur denuo *communistarum* inventa atque prae cepta, ut praesertim per *bolscevistarum* instituta rationesque proponuntur, summatim breviterque attingere atque explanare ; iisdemque inventis praeceptisque, quae fallaciam redolent, perspicuam Ecclesiae doctrinam opponere; atque iterum instanter adhortari omnes ad illa suscipienda praesidia, quibus fas sit christiani nominis culturam, in qua una Civitas vere humana consistere potest, a teterrimo eiusmodi fiagitio non modo libe-

räm servare ac sospitem, sed eam etiam ad germanum assequendum civilis societatis profectum, citatiore cotidie gradu provehere.

II

Quae nostris hisce diebus *communistarum* doctrina praedicatur, potiore quodam modo, quam id genus placita superioribus temporibus invecta, fucata tenuiorum redemptionis specie profertur. Ac falsa quaedam forma iustitiae, aequabilitatis ac fraternae omnium in operando necessitudinis eorum praescripta eorumque molimina simulato mystico sensu ita pervadit, ut illectas pollicitationum fallacia multitudines, quasi acerrima contagione incitatas, vehementer inflammet; quod profecto facilius hac nostra aetate contingit, quandoquidem non aequam bonorum assignationem insueta non paucorum consequitur indigentia. lactant, quin immo, atque efferunt falsam eiusmodi formam, quasi ex ea orta fuerit in oeconomicis rebus progressio : qua quidem sicubi revera frui licet, id procul dubio aliis de causis evenit; ut ex impensiore eificiendarum rerum industria in eas regiones inducta, quae eiusdem expertes fuerint; ut ex ingentibus, quas natura gignit, opibus, nullo ad humanitatem respectu habito, quaestuosissime excultis ; ut ex eo denique, quod operarii parva mercede ad gravissimus exantlandos labores dure crudeliterque adigantur.

Iamvero, quae *communistae* hodie impertiunt praecepta, captiosâ interdum allicientique specie proposita, iis reapse innituntur principiis quae de *materialismo,* ut aiunt, dialectico atque historico C. Marxius prodidit; cuius quidem disciplinae ii, qui de *bolscevismo* philosophantur, nativam gloriantur se habere unos interpretationem. Haec praescripta docent unam tantummodo esse universamque rem ; materiam nempe caecis occultisque viribus conflatam, quae naturae suae decursu fiat arbor, animai, homo. Humanam etiam societatem nihil aliud esse, nisi materiae speciem vel formam, quae memorato modo evolvatur, quaeque ineluctabili quadam necessitate perpetuo-

que virium conflictu ad supremum exitum contendat: ad societatem nempe civium ordinibus vacuam.. Patet igitur ex istiusmodi commentis ipsam aeterni Numinis notionem aboleri; patet inter spiritum rerumque concretionem, interque animum et corpus interesse nihil; neque animam esse post mortalem obitum superstitem, neque ullam esse alterius vitae exspectationem. Ac praeterea *communistae* dialecticam, quam afiingunt, *materialismi* viam insistentes, conflictum, de quo diximus, quique rerum naturam ad supremum exitum adducet, ab hominibus maturari posse opinantur. Quapropter id enituntur, ut discrimina, .quae inter varias Civitatis classes intercedunt, acriores reddant; utque ordinum inter se conflictio, invidiarum proh dolor ruinarumque plena, progredientis aetatis sacra veluti contento videatur : atque adeo repagula omnia, quaecumque vehementibus illis ex proposito susceptis conatibus obsistant, utpote humano generi infensa, penitus perfringantur.

Huc accedit, quod hominem libertate sua spoliant, in qua spiritualis ducendae vitae norma consistit; itemque humanam personam dignitate sua exuunt omnique in ordine morum moderatione, qua gliscentibus ex occulto vitiorum motibus repugnan possit. Quae quidem humana persona, cum ex eorum placitis nihil aliud sit, quam quaedam, ut ita dicamus, rotula universae insertata machinationi, idcirco naturalia, quae inde oriuntur, iura singulis hominibus denegantur, communitatique attribuuntur. Ad necessitudines vero inter cives quod attinet, cum absolutam profiteantur aequalitatem, omnem, quae a Deo proficiscatur, vel parentum, auctoritatem ac hierarchiam re nuunt; quoniam, ut asseverant, quidquid potestatis obtemperationisque intercedit, id, veluti e primo unoque fonte, ab societate dimanat. Neque singulis hominibus ullum ius datur possidendi vel bona vel rerum eificiendarum opes; quandoquidem, cum eadem alia bona gignant, eorum possessio aliorum in alios dominium necessario inducit. Qua profecto de causa affirmant privatum quodlibet ius mancipii, quippe praecipuum oeconomicae servitutis caput, esse omnino delendum.

Haec praeterea doctrina, cum sacra omnia humanae vitae munia detrectet atque repudiet, consequens est ut matrimonium ac domesticum convictum ita habeat, ut civile solummodo ac ficticium institutum, quod e certis oriatur oeconomicis rationibus : quapropter quemadmodum illa maritalia connubia recusat, iuridicis moralibusque nexibus composita, quae vel e singulorum, vel e communitatis nutu non pendeant, ita indissoiubilem eorum perpetuitatem explodit. Ac peculiari modo, ex *communistarum* sententia, mulier cum familia domoque sua nullo vinculo coniungitur. Iidem enim, cum feminam a viri tutela prorsus liberam praedicent, eam et a domestica vita et a liberorum cura ita abs trahunt, ut in publicae agitationem vitae communisque industriae, aeque ac virum, eam tradant; atque adeo eius focum ac prolem civili societati curanda committant.[11] Ac parentibus denique patria educandae subolis potestas eripitur, utpote quae unice sit communitati propria, quaeque idcirco huius tantummodo nomine ac mandato exerceri possit. Quorsum igitur hominum consortio evaderet, talibus, ex *materialismo* sumptis, fundamentis innixa? Consociatio profecto exsisteret, nulla alia auctoritate coalescens, nisi ea quae ex oeconomicis rationibus derivaretur. Atque hoc unum eidem munus esset, communi nempe opera res gignere ; unumque esset propositum, terrae nimirum frui bonis in amoenissima voluptatis sede, in qua quisque « pro suis viribus laborem impertiret suum, pro suisque necessitatibus opes reciperet ».

Animadvertendum quoque est, *communistas* societati ius etiam tribuere, vel potius arbitrium paene infinitum, communi labori singulos cives addicendi, nullo habito respectu ad proprium cuiusque bonum ; quin immo, vi adhibita, vel invitos cogendi. Atque in hac eorum societate cum morum disciplinam, tum iuris temperationem nullo ex alio profitentur scatere fonte, quam ex oeconomicis temporum rationibus; ideoque eas suapte natura terrenas esse, fluxas mutabilesque. Ad summam, ut rem

[11] Cf. Litt. Encycl. *Casti connubii,* 31 dec. 1930 *(A. A. 8.,* vol. XXII, p. 567).

breviter perstringarrms, novum rerum ordinem inducere contendunt, ac novam cultioremque aetatem, quae quidem ex occulto solummodo naturae cursu profluant : « hominum nempe consortionem, quae e terris exegerit Deum ».

Cum vero animorum dotes atque habitus, quae ad id genus communitatem efficiendam requiruntur, ita omnes assecuti fuerint, ut commenticia illa societatis forma tandem aliquando emerserit, civium ordinibus vacua, quam cogitatione effingunt, tum politica Civitas, quae in praesens ea tantum ratione conflatur, ut locupletes in proletariam plebem dominentur, rerum necessitate excidet atque « evanescet » ; attamen, usque dum haec beatae vitae condicio non habeatur, publica gubernatione ac potestate *communistae* utuntur, ut potiore in omnes partes instrumento, quo propositum sibi finem contingant.

Habetis ante mentis oculos propositam, Venerabiles Fratres, doctrinam illam, quam *communistae bolscevici* atque athei, quasi novum evangelium, ac quasi salutarem redemptionis nuntium, humano generi praedicant! Inventum videlicet, errorum ac praestigiarum plenum, quod veritatibus divinitus patefactis aeque ac humanae rationi adversatur; quod cum civilis consortii fundamenta destruat, socialem ordinem subvertit; quod veram Civitatis originem ac naturam verumque finem non agnoscit; quod denique humanae personae iura, dignitatem, libertatem detrectat ac denegat.

At undenam evenit, ut eadem doctrina, quam et optima studia iam diu exsuperarunt, et cotidianae res omnino réfutant, tam celeriter per universum terrarum orbem propagari queat ? Id intellegere fas erit, si animo reputaverimus nimium sane paucos, quid velint et quo reapse tendant *communistae,* inspicere potuisse funditus; cum, contra, bene multi callidis eorum sollicitationibus, quas miris pollicitationibus confirmant, facile concedant. Ii enim, qui eiusmodi causam provehunt, fucata hac veritatis specie utuntur, se nimirum velle solummodo operariae plebis sortem ad meliorem fortunam reducere; itemque velle et quidquid non rectum in rem administrandam *Liberales,* quos

vocant, invexerint, opportune sanare, et ad aequabiliorem bonorum partitionem devenire : quae omnia procul dubio legitimis rationibus attingi posse nemo est qui non videat. Attamen iidem, hoc agendi more, praesertim oeconomicarum rerum discriminis occasionem nacti, quod ubique urget, eos etiam ad suas ipsorum partes allicere possunt qui, pro ea, quam amplectuntur, sententia, a *materialismi* placitis abhorrent, et a scelestis illis facinoribus, quae non raro perpetrantur. Ac quandoquidem in quolibet errore aliqua inest veritatis lux, quemadmodum supra hac etiam in re con tingere vidimus, hanc veritatis speciem eo consilio versutissime proferunt, ut, pro opportunitate, odiosam illam atque inhumanam deformitatem dissimulando occulant, quam *communismi* praecepta rationesque redolent; atque adeo, homines etiam non vulgari virtute praeditos decipere possunt, qui quidem saepenumero ita inflammantur, ut et ipsi veluti apostoli evadant, qui iuvenes praesertim, facile obnoxios fallaciis, hisce erroribus imbuant. Praeterea *communismi* praecones utilitatem quoque capere non ignorant, cum ex variarum gentium simultatibus, tum ex dissensionibus contentionibusque, quibus diversa rei publicae gubernandae genera sibi invicem adversantur, tum etiam ex perturbatione illa, quae in studiorum campum serpit, ubi vel ipsa divini Numinis notio silet, ut in Athenaea irrepant ac doctrinae suae principia fallacis scientiae argumentis corroborent.

Ut vero facilius intellegatur, quibus rationibus id assequi potuerint, ut tot opifices commenticia eorum placita, nulla inquisitione facta, amplexi sint, meminisse iuvabit opifices eosdem, ob oeconomicam *Liberalium* disciplinam eorumque agendi modum, ad religionis rectorumque morum neglegentiam miserrime reductos esse. Saepius enim, alternae operarum vices id etiam praepedierunt, ut iidem diei festi religionem colerent ; non curae fuit sacras aedes prope officinas excitare, neque sacerdotis munera faciliora reddere ; quin immo, *laicismi*, ut aiunt, instituta, nedum intermitterentur, magis cotidie magisque provecta sunt. En igitur deterrimos errorum fructus, quos et Decessores Nostri

et Nosmet ipsi non semel praenuntiavimus. Quapropter, cur miremur, si gentes tam plurimas, ab christianis praeceptis abalienatas, *communismi* Auctus forrnidolose iam alluant ac paene submergant?

At id etiam in causa est, cur *communismi* fallaciae tam celeriter pervulgentur, ut in regiones omnes, sive angustiores sive ampliores, sive excultas sive minus ad humanitatem provectas, ac vel in remotiores terrarum partes, furtim irrepant : nefandum illud nimirum propagationis studium, quod fortasse numquam, post hominum memoriam, tam acerrimum exstitit. Quae quidem propagatio, ab uno fonte profluens, ad peculiares populorum condiciones callide accommodatur; profusis sumptibus, innumeris consociationibus, frequentissimis ex omni natione conventibus ac confertis aptisque copiis utitur; itemque, per ephemerides, per volitantes paginas, per cinematographica spectacula, per theatrorum scaenas, per radiophonicum inventum, ac denique per litterarios ludos studiorumque Universitates quoslibet pedetemptim pervadit, vel praestabiliores civium ordines, qui forte virus non animadverterat, quod miserius usque mentes animosque inficit.

Aliud validumque adiumentum, quo *communismi* doctrina provehitur, ex eo procul dubio oritur, quod magna diariorum pars, quae ubique terrarum typis eduntur, quaeque ad catholica praecepta non conformantur, rem ex condicto silentio premunt. Ex condicto dicimus ; secus enim haud facile intellegitur, cur id genus scriptores, qui minoris etiam momenti casus tam avide captant ac proferunt, immania tamen facinora, quae in Russiarum regionibus, quae in Foederatis Mexici Civitatibus, quae in magna denique Hispaniae parte perpetrantur, tam diu reticuerint; ac de *communistarum* secta, quae Mosquae dominatur, quaeque latissime per terrarum orbem in consociationes coalescit, tam pauca, pro rei gravitate, verba faciant. At omnes norunt idcirco magnam partem hoc evenire, quod politicae rationes, quae civilem prudentiam non omnino redoleant, id postulare dicantur; ac non minus variis occultisque viribus id foveri ac

suaderi, quae iam diu christianam Civitatum ordinationem evertere conentur.

Interea vero luctuosi mentis oculis obversantur studiosae huius propagationis fructus. Ubicumque enim *communistae* invalescere suumque exercere dominium potuere, — atque heic peculiari paterna caritate Russiarum ac Mexicanae Eeipublicae populos recogitamus — inibi, quemadmodum iidem aperte praedicant, quoquo modo enisi sunt christianae religionis humanitatisque fundamenta radicitus diruere, atque in hominum animis, iuvenum praesertim, eius prorsus memoriam restinguere. Episcopi ac sacerdotes fuere extorres facti, ad metalla damnati, i gneis globulis transfossi, vel inhumano more necati; e laicorum vero ordine homines, idcirco in suspicionem vocati, quod sacra tuiti essent, vexati fuere, hostiliter habiti, atque in iudicium et in custodias deducti.

In regionibus etiam, in quibus — quemadmodum in dilectissima Nobis Hispania contingit — *communismi* pestis atque flagitium nondum omnes potuit suorum errorum calamitates parere, vesanum tamen, proh dolor, concitavit furorem, inque scelera erupit funestissima. Non una est vel altera sacra aedes diruta, non unum vel alterum labefaetatum coenobium; sed, ubicumque facultas fuit, templa omnia, religiosa claustra, ac vel quaelibet christianae religionis vestigia, etiamsi arte humanitatisque studio insignia, funditus eversa ! Ac non modo furens *communistarum* vecordia Episcopos ac sacerdotes, religiosos viros ac mulieres ad milia bene multa trucidavit, eos easque peculiari modo insectata, quibus de opificibus ac de indigentibus cura esset; sed complures etiam laicos homines e quovis ordine interemit, qui adhuc usque idcirco catervatim necantur, quod christianam profiteantur fidem, vel saltem quod atheorum *communistarum* doctrinam aversentur. Atque eiusmodi bonifica caedes tali perpetrato odio, tantaque efïeratae barbariae humanitate, ut nostris hisce temporibus incredibile prorsus videatur. Nemo unus, qui prudenter sapiat, vel ex privatis hominibus, vel ex iis, qui rei gravitatis conscii Civitatis guber-

nacula moderantur, nemo unus, inquimus, horrore summo non teneatur, si mente recogitet posse in posterum ea, quae hodie in Hispania contingunt, in ceteris etiam excultis gentibus evenire.

Neque asseverari licet id genus atrocitates necessitate quadam maximas omnes rerum conversiones consequi, quasi singulares sint immoderatique exacerbatorum animorum motus, quos quaelibet perduelliones pariant; minime prorsus, at naturaliter potius ex huius disciplinae rationibus oriuntur, cuius compagem nulla omnino frena continent. Frena siquidem cum hominibus singulis, tum iure consociatis necessaria sunt; atque adeo vel barbarae gentes naturalis legis vinculum agnoverunt, Dei opera in mortalium animis insculptae. Ubi hanc observare legem sollemne omnibus fuit, veteres vidimus nationes talem amplitudinis splendorem attigisse, qui eos, aequo nimius, admiratione adhuc percellat, qui accurate parum humanae historiae codices evolverint. Quando vero ipsa divini Numinis notio e civium mentibus evellitur, necessario iidem ad agrestem immanitatem ferosque mores compelluntur.

Id equidem in praesentia summo dolore cernimus : primum scilicet, post hominum memoriam, rebellionem videmus, diligenter inita subductaque ratione instructam, adversus « omne, quod dicitur Deus ».[12] Etenim *communismi* doctrina, suapte natura, cuilibet religioni adversatur, eamque quasi « soporiferum proletaria^ plebis opium » idcirco reputat, quod eius institutiones atque praecepta, cum vitam sempiternam post mortalis vitae obitum edoceant, a futurae illius beatitatis ordine homines abstrahunt, quem in terris assequi teneantur.

Attamen naturalis lex eiusque auctor Deus non impune spernuntur; consequens igitur est ut *communistarum* nisus, quemadmodum ne in rebus quidem oeconomicis propositum suum ad effectum deducere potuere, ita neque in posterum umquam deducere possint. Non diíñtemur utique eosdem nisus in Rus-

[12] *U Thessal.,* II, 4.

siarum dicione non parum contulisse ad excitandos homines eorumque instituta ex illa, quae insederai, diuturna desidia; ac potuisse omni ope omnique, etsi saepe non recta, ratione contendendo aliquid efficere ad huius vitae utilitatem provehendam : at in comperto Nobis est, ex recentissimis etiam testibus, nulli suspicioni obnoxiis, revera, ne hac quidem in parte, ea persoluta esse, quae multa spondebantur. Huc accedit, quod saeva illa terrorisque plena dominatio servitutis iugum civibus innumeris imposuit. Animadvertendum sane est, etiam in rebus administrandis aliquam necessariam esse probitatis disciplinam, ad quam suscepti muneris procuratio ex officii conscientia conformetur; quod quidem *communistarum* placita, ex commenticiis *materialismi* rationibus orta, procul dubio dare non possunt. Quapropter nihil aliud restat, nisi formidolosa illa scelerum coniuratio, quam in Russia cernere est, ubi veteres conspirationis contentionisque sodales mutuam sibi necem confiant; quae tamen terrifica scelerum coniuratio socialis compagis dissolutionem prohibere non valet, nedum profligatos mores compescere queat.

Verum, mens Nobis non est foederatos illius Reipublicae populos in universum improbare, quos immo potius paterna vehementique caritate complectimur. Novimus enim ex eis non paucos iniquo servilique hominum dominio premi, qui sunt maximam partem a veris illius gentis utilitatibus alieni; aliosque plurimos fuisse fallacis, spei pollicitationibus deceptos. Initas potius rerum rationes earumque auctores fautoresque reprobamus, qui nationem illam quasi aptissimum habuere campum, in quo suae disciplinae semina iam diu comparata sererent, atque inde per universum terrarum partes disseminarent.

III

Postquam atheorum *bolseevistarum* errores eorumque instituta, fallaciae violentiaeque plena, in sua luce posuimus, tempus iam est, Venerabiles Fratres, ut iisdem veram Civitatis

humanae notionem, breviter edisserendo, opponamus; quae quidem huiusmodi est, ut probe nostis, qualem ratio mentis ac divina revelatio per Ecclesiam, Magistram gentium, nos docent.

Ac principio animadvertendum est, supra ceteras res omnes summum esse, unicum ac supremum ens, divinum nempe Numen, quod omnipotens universae conoretionis creator est, idemque omnium hominum sapientissimus ac iustissimus iudex. Per supremum hoc ens, quod Deus est, insolentes ac mendaces *communistarum* vanitates absolutissime reiciuntur. Ac verum enimvero, non quod homines ei fidem adhibeant, idcirco Deus est; sed quod ipse revera est, fidem eidem praestant eique supplicant omnes, quotquot pertinaciter contra veritatis lucem mentis oculos non claudunt.

Atque ad hominem quod attinet, quid catholica fides nostraeque mentis ratio doceant, Nos praecipua doctrinae huius capita explanando, per Encyclicas Litteras[13] de christiana iuvenum educatione proposuimus. Eidem siquidem spiritualis atque immortalis animus inest; idemque, quemadmodum persona est mirandis prorsus corporis mentisque dotibus a summo Creatore praedita, ita reapse « microcosmos » ex veterum scriptorum sententia ea de causa vocari potest, quod inanimarum immensitatem rerum longissime evincit ac superat. Non modo in hac mortali vita, sed in perpetuo etiam mansura supremus ei finis est unice Deus; et cum per sanctitatis effectricem gratiam ad filii Dei dignitatem evectus sit, in mystico Iesu Christi corpore cum divino Regno coniungitur. Quod consequens est, multiplicia ei impertiit caeleste Numen ac varia munera : ut vitae corporisque integritatis iura; ut iura itidem cum res adipiscendi necessarias, tum ad finem ultimum via rationeque contendendi, sibi a Deo propositum; ut denique iura et ineundae societatis, et privata bona possidendi, et eorum fruendi usu.

Praeterea, ut maritale coniugium, ita eius naturalis usus ex divina ordinatione oriuntur; itemque domestici convictus con-

[13] Litt. Encycl. *Divini illius'Magistri,* 31 dec. 1929 *(A. A. S.,* vol. XXII, 1930, pp. 49-86).

s ti tu tio eiusque praecipua munera non ex humano arbitrio, neque ex oeconomicis rationibus, sed a summo ipso omnium Creatore proficiscuntur. Quod quidem per Encyclicas Litteras[14] de casti connubii sanctitate, et per illas etiam, quas supra memoravimus, de christiana iuvenum educatione copiose satis explicando enucleavimus.

At Deus pari modo hominem ad civilem consortionem natum conformatumque voluit, quam profecto sua ipsius natura postulat. Societas enim ex divini Creatoris consilio naturale praesidium est, quo quilibet civis possit ac debeat ad propositam sibi metam assequendam uti; quandoquidem Civitas homini, non homo Civitati exsistit. Id tamen non ita intellegendum est, quemadmodum ob suam *individualisini* doctrinam *Liberales,* quos vocant, asseverant; qui quidem communitatem immoderatis singulorum commodis inservire iubent : sed ita potius ut omnes, ex eo quod cum societate composito ordine copulantur, terrenam possint, per mutuam navitatis conspirationem, veri nominis prosperitatem attingere; utque per humanum consortium privatae illae publicaeque animi dotes, hominibus natura insitae floreant ac vigeant, quae temporarias peculiaresque utilitates exsuperan t, divinamque praeferunt in civili ordinatione perfectionem; quod quidem in singulis hominibus con tingere ullo modo nequit. Quod idcirco etiam homini inservit, ut hanc divinae perfectionis imaginem agnoscat, acceptamque Creatori referat, laudibus eum adorationeque colens. Homines siquidem tantummodo, non vero quaevis eorum consociatio, mente voluntateque, ad morum normas libera, praediti sunt.

Iamvero, quemadmodum homo officia illa repudiare non potest, quibus Dei iussu civili societati obstringitur, atque adeo publicae rei moderatores iure pollent, si idem obtemperatiom huic non legitime obsistit, eum ad officium persolvendum coercendi; ita pari modo societas iis iuribus civem spoliare non potest a Creatore Deo eidem impertitis, quorum praestantiora su-

[14] **Litt. Encycl.** ***Casti connubii,*** **31 dec. 1930** ***(A... A. 8.,*** **vol. XXII, pp. 539-592).**

pra breviter attigimus, neque eorumdem usum ex arbitrio impossibilem reddere. Quapropter e mentis nostrae ratione oritur, eidemque consentaneum est, ut terrenae res omnes homini usui utilitatique sint, ideoque per eum ad Creatorem referantur. Quam ad rem id profecto quadrat, quod Gentium Apostolus de christiana salute procuranda ad Corinthios scribit : « Omnia... vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei. »[15] Dum igitur *communistarum* effata personam humanam ita extenuant, ut civium cum societate necessitudines praepostere subvertant, humana mens, contra, ac divina revelatio eam tam sublime extollunt. Decessor Noster f. r. Leo XIII de oeconomicis sodalibusque rationibus deque operariorum causa, per Encyclicas Litteras,[16] effectrices normas edidit; quas Nos quidem, per Encyclicas item Litteras[37] de christiana socialis ordinis renovatione, nostrorum temporum condicionibus necessitatibusque accommodavimus. In quibus Litteris, etiam atque etiam antiquissimam Ecclesiae doctrinam instanter persequentes de peculiari privatarum possessionum natura, ad singulos et ad societatem quod attinet, distincte definiteque et humani laboris iura dignitatemque designavirnus, et mutuas eorum auxilii adiumentique necessitudines, qui vel rem impertiunt, vel dant operam, et mercedem denique, quae opificibus ex districta iustitia debetur, sibi suaeque familiae necessaria.

Ac praeterea in comperto posuimus, tum solummodo hominum consortionem posse e teterrima ruina servari sospitem, ad quam per *Liberalismi* placita compellitur, in quibus recta morum disciplina silet, cum scilicet socialis iustitiae christianaeque caritatis praecepta oeconomicam civilemque temperationem[1] imbuant atque pervadant; quod procul dubio neque civium ordinum inter se contentio terrorisque facinora, neque immodicus atque tyrannicus publicae potestatis usus praestare possunt. Monuimus etiam veram populi prosperitatem per rectam coiie-

[15] *I Cor.*, III, 22, 23.

[16] Litt. Encycl. *Rerum novarum*, 15 maii 1S91 *(Acta Leonis XIII*, vol. XI, pp. 97-144).

[17] Litt. Encycl. *Quadragesimo anno*, 15 maii 1931 *(A. A. S.*, vol. XXIII, pp. 177-228).

giorum consociationem procurandam esse, quae varios socialis auctoritatis gradus agnoscat ac vereatur; itemque necessarium esse omnia artificium sodalicia inter se cohaerere amiceque conspirare, ut ad communem Civitatis bonum contendere possint; atque adeo germanum peculiareque publicae potestatis munus in eo consistere, ut mutuam eiusmodi civium omnium conspirationem consensionemque pro facultate promoveat.

Ad quem quidem assequendum per adiutricem omnium operam tranquillitatis ordinem, catholicae doctrinae praecepta tantam dignitatem auctoritatemque tribuunt publicae rei moderatoribus, quanta necessaria est, ut divina humanaque iura, quae tantopere Sacrae Litterae Ecclesiaeque Patres inculcant, vigili providaque cura iidem tueantur. Atque heic animadvertendum est turpiter eos errare, qui effutiant quibuslibet civibus aequalia esse in civili societate iura, neque legitimos in eadem exsistere potestatis ordines. Satis esto, hac in re, Encyclicas Decessoris Nostri f. m. Leonis XIII, quas supra attigimus, commemorare; atque eas nominatim, quae vel de civilis principatus auctoritate,[18] vel de christiana Civitatum constitutione[19] agunt. In quibus profecto catholici viri luculenter proposita humanae rationis fideique praescripta cernere possunt, quae eos a fallacibus periculosisque *communistarum* opinationibus liberos reddere poterunt. Iura esse, cuiusque propria, erepta, ideoque cives in servitutem redigi; primariam ac supremam Civitatis eiusque potestatis originem detrectari; ac nefande prorsus publicam potestatem sceleribus inservire, communi conspiratione perpetrandis; haec omnia, dicimus, naturali morum disciplinae divinique Creatoris voluntati vehementissime repugnant. Quemadmodum civis, ita communitatis institutum ab sempiterno Numine originem repetunt, ab eoque mutua inter se ratione conformantur: non civis igitur, non humana societas potest officia illa renuere, quibus invicem obstringuntur; neque alterius iura reicere vel minuere queunt.

[18] Litt. Encycl. *Diuturnum illud,* 29 iun. 1881 *(Acta Leonis XIII,* vol. II, pp. 269-287).
[19] Litt. Encycl. *Immortale Dei,* 1 nov. 1885 *(Acta Leonis XIII,* vol. V, pp. 118-150).

Quas quidem praecipuas civium communitatesque inter se rationes Deus ipsemet instituit temperavitque; quapropter quod sibi *communistae* insolenter arrogant, in locum scilicet divinae legis, quae veritatis caritatisque praeceptis innititur, politica sufficere f actionum consilia atque proposita, quae simultatis plena, ex humano arbitrio profluunt, id procul dubio iniqua omnino atque iniusta iuris usurpatio est.

Catholica Ecclesia, cum praeclarae id genus disciplinae praecepta impertit, non alio utique spectat, nisi ut faustum nuntium, quem angeli, supra Bethleemiticum specum cecinere, gloriam Deo pacemque hominibus[20] nuntiantes, ad rem deducere contendat; ut veri nominis videlicet pacem verique nominis felicitatem, quantaecumque eaedem ad aeternam assequendam beatitatem, vel in hac mortali vita attingi possint, comparare queat; at probe dumtaxat volentibus hominibus. Haec doctrina aequo itinere abhorret, cum ab errorum exitus, tum ab immodicis politicarum partium, quae eosdem amplectuntur, conatibus earumdemque rationibus atque propositis; quandoquidem ut nullo non tempore rectam veritatis et iustitiae aequilibritatem profitetur, ita eamdem et argumentis fulcit et in vitae actione efficit ac provehit. Idque Ecclesia consequitur, mutua inter se officia iuraque concilians atque componens; ut nimirum cum libertate auctoritatem, ut cum singulorum dignitate Civitatis dignitatem, ut denique humanam subiecti civis personam, atque adeo debitam iis, qui praesunt, obedientiam, cum eorum munere, qui divinae vices gerunt potestatis; itemque ordinatum sui ipsius, familiae patriaeque amorem cum ceterarum familiarum ceterarumque gentium caritate illa coniunctum, quae in Dei amore nititur, quorumvis patris, ex quo omnia oriuntur et ad quem omnes, ut ad finem ultimum, contendant oportet. Eadem doctrina iustam non abiungit terrenarum rerum curam ab actuosa aeternorum bonorum sollicitudine. Quodsi mortalia immortalibus bonis subiicit, ex sui

[20] Cf. Luc, II, 14.

ipsius Magistri sententia: « Quaerite... primum regnum Dei et iustitiam eius et haec omnia adiicientur vobis »[21] at longe abest ut humanas res neglegat, utque civili progressioni temporariisque commodis obsistat; cum, contra, recta ratione maioreque, qua fieri potest, efficacitate, eadem foveat atque promoveat. Ecclesia enim, quamvis, vel in oeconomicae socialisque actionis campo, definitam technicarum rerum temperationem ordinationemque nunquam protulerit, quod quidem sui muneris non est, praecipua tamen lineamenta atque praecepta edidit, quae, etsi ad effectum adduci, pro variis temporum, locorum populorumque condicionibus, aliter aliterque possunt, tutum tamen iter demonstrant, quo Civitas ad cultiorem felicioremque aetatem gradiatur.

Summam huius doctrinae sapientiam summamque utilitatem ii omnes fatentur, quibus eadem reapse in comperto est. Ac iure meritoque insignes viri, publicae rei administrandae periti, asseverarunt, nihil se sapientius cernere potuisse, cum diversa oeconomicarum rationum genera perpendissent, quam illa huius disciplinae principia, quae per Encyclicas Litteras *Rerum Novarum* ac *Quadragesimo anno* proponuntur. Atque in regionibus etiam, quas vel non catholici, vel ne christiani quidem homines incolunt, non pauci agnoscunt quantopere Ecclesiae in re sociali praecepta humanae prosint societati. Itaque, vix mensis exiit cum praeclarus vir ex extremis orientis partibus, qui, politicarum rerum studiosus, christianam religionem non profitetur, affirmare non dubitavit Ecclesiam, per suam pacis fraternaeque necessitudinis doctrinam ad operosam in nationibus pacem constabiliendam fovendamque summopere conferre. Ac vel ipsi *communistae,* — quod ex certis comperimus nuntiis, qui ad hoc catholici orbis veluti centrum undecumque confluunt — si modo ad corruptos mores nondum omnino prolapsi sunt, cum socialem Ecclesiae disciplinam propositam sibi habeant, eam profitentur suorum magistrorum ac capitum

[21] MATTH., VI, 33.

praecepta longe prorsus excedere. Ii solummodo, qui obcaecatum cupidinibus simultateque animum gerunt, veritatis luminibus oculos claudunt, eamdemque pertinaciter impugnant.

At Ecclesiae osores, tametsi impertitas ab ea normas sapientia praestare agnoscunt, eam tamen insimulant, quasi ad datas institutiones vitae actionem non confirmaverit; atque adeo ad alias vias rationesque contendunt. Verumtamen criminationem eiusmodi falsam iniustamque esse, omnes christiani nominis annales demonstrant. Etenim, ut aliquod dumtaxat peculiare eventum breviter attingamus, vera fraternaque universorum hominum cuiusvis stirpis condicionisque inter se necessitudo, superioribus aetatibus hac firmitate perfectioneque penitus ignota, primum ab evangelicis praeconibus praedicata fuit; quod procul dubio ad servitutem abolendam summa efficacitate contulit: idque, non cruentis seditionibus, sed per insitam huius doctrinae virtutem, qua quidem permota nobilis romana femina ancillam suam quasi sororem complectebatur.

Itemque per christiana dogmata, quibus edocemur Dei Filium, hominem factum amore hominum, eumdemque fabri filium ipsumque opificem [22] adorare, humanus labor ad veri nominis dignitatem provectus est; qui quidem humanus labor ita tunc temporis spernebatur, ut vel ipse M. T. Cicero, ceteroquin prudens satisque aequus, suorum temporum opinionem referens, hanc sententiam edere non ventus sit, qua profecto quilibet, nostra hac aetate, socialis disciplinae peritus verecundaretur: « Opifices omnes in sordida arte versantur; nec enim quidquam ingenuum potest habere officina ». [23]

His innixa principiis Ecclesia humanam societatem renovavit; siquidem, suae impulsione virtutis, miranda prorsus orta sunt caritatis instituta, itemque potentissima illa artificum omne genus collegia, quae utique superiore saeculo *Liberalismi* sectatores contemptui habuere, quasi Mediae Aetatis inventa; quaeque tamen, in praesens, admirationem commovent, et quo-

[22] Cf. MATTH., XIII, 55; MARC, VI, 3.

[23] M. T. Cic, *De officiis*, 1. I, c. 42.

rum forma in pluribus nationibus, multorum experimento tentata, reviviscit. Et cum aliorum nisus salutarem eius praepediant operam, eiusque virtuti officerent, Ecclesia adhuc usque non desiit errantes commonere. Reminisci ac recordari satis esto quanta animi firmitudine atque constantia Decessor Noster f. rec. Leo XIII iura sodalitates ineundi operariae plebi vindicaret; quae quidem iura *Liberales* in potentioribus nationibus invalescentes eidem eripere eniterentur. Atque eiusmodi christianae doctrinae virtus, nostris etiam temporibus, maior profecto est, quam quibusdam videatur; quandoquidem in rerum eventus mentis cogitata dominantur, quamvis non facile omnes id aestimare ac metiri queant.

Procul dubio asseverari potest Ecclesiam, aeque ac divinum eius auctorem, « bene faciendo » aetatem suam traducere. Neque *socialistarum,* neque *communistarum* errores usquequaque serperent, si Ecclesiae praecepta maternaque eius adhortamenta populorum moderatores non detrectassent; qui quidem, cum *Liberalismi* ac *Laicismi,* ut aiunt, principia ac normas complexi essent, ad istiusmodi placita atque falladas, publicae rei ordinationem temperationemque ita instruxere, ut, quamvis primo oculorum obtutu aliquid magnum se effecisse viderentur, evanescere tamen pedetemptim inita ab se consilia ac |Droposita cernèrent; quemadmodum quidquid in uno illo non consistit primario lapide, qui Christus est, necessario oportet miserrime collabi.

IV

Haec est, Venerabiles Fratres, Ecclesiae doctrina, quae una, ut in ceteris rebus omnibus, sic etiam in re sociali, veram lucem afferre, et *communistarum* cogitandi ratione immunes nos reddere potest. At opus omnino est ut eadem doctrina in ipsum vitae usum deducatur, secundum illud S. Iacobi Apostoli hortamentum : ((Estote autem factores verbi, et non auditores tantum, fallentes vosmetipsos »; [24] quapropter illud in praesen-

[24] IAC, I, 22.

tia pernecesse est ut omni ope contendendo, opportuna remedia adhibeantur, quibus ingruenti rerum dissolutioni efficacitate summa obsistatur. Ac spem fovemus bonam fore ut ardor ille, quo tenebrarum filii ad suas athei *materialismi* fallacias propagandas die noctuque allaborant, stimulos filiis lucis admoveat, quibus ad non dissimile studium, immo etiam vehementius, divini honoris causa impellantur.

Quid igitur facere, quibus remediis uti oportet, ut Christum et christianum vitae cultum contra perniciosum illum hostem defendamus? Quemadmodum pater familias cum liberis suis intra domesticos parietes, sic Nos vobiscum intima quadam cum fiducia agere exoptamus, dum illa ante oculos officia exhibemus, quae magnum nostrorum temporum discrimen ab omnibus Ecclesiae filiis postulat; quae quidem Nostra paterna monita ad eos etiam filios impertire cupimus, qui paternam deseruere domum.

Ut iam procellosis quibusvis Ecclesiae tempestatibus, sic nunc etiam, remedium, aliorum fundamentum et caput illud est, ut privata vita ac publica eorum omnium ad Evangelii normas sincere renovetur, qui ad Ovile Christi se pertinere glorientur; ita ut sal terrae, universam hominum societatem corruptio moribus immunem servans, reapse fiant.

Immortales igitur grates Patri luminum ex animo referimus, a quo profluit « omne datum optimum et omne donum perfectum »,[25] quod magno cum solacio fausta ubique spiritualis huius renovationis auspicia videmus, non solum per lectissimos illos viros lectissimasque feminas orta, qui proximis hisce annis ad excelsae sanctitatis fastigium ascenderunt, ac per alios item cotidie frequentiores, qui ad praeclaram eamdem metam generose progrediuntur; sed ex eo etiam quod sincera pietas revirescat totamque vitam imbuit, in omnibus quoque vel cultissimorum hominum ordinibus; quod quidem in Apostolicis Litteris *In multis solaciis,* die xxvni mensis octobris superiore anno

[25] IAC, I, 17..

motu proprio datis, attigimus, cum Pontificiam Scientiarum Academiam renovaremus.[26]

Asseverandum tamen Nobis est multa adhuc ad hoc spiritualis renovationis iter urgendum praestanda esse. Etenim vel in ipsis catholicorum regionibus nimium multi habentur, qui tales fere nomine tenus dici possint; nimium multi qui, quamvis huius religionis, quam se profiteri gloriantur, opera maxime omnium necessaria plus minusve fideliter expleant, eam tamen altius in dies intellegere non curent, neque intimam sinceramque eius persuasionem assequi nitantur: eoque minus efficiant, ut externae religionis speciei internus rectae intemerataeque conscientiae splendor respondeat; illius inquimus conscientiae quae officia omnia sub divino obtutu reputet atque persolvat. Ac novimus quantopere vanam et fallacem eiusmodi speciem detestaretur divinus ille Servator noster, cuius iussu, omnes Patrem « in spiritu et veritate »[27] adorare debeant. Qui ad praecepta fidei, quam amplectitur, vitam non conformaverit suam, non diu se servare sospitem poterit, cum tanto impetu insectationis procella saeviat ; sed in hanc minacem maiorum illuvionem rapietur, ideoque, cum sibimet ipsi ruinam praeparaverit, christianum quoque nomen ludibrio haberi iubebit.

Atque heic, Venerabiles Fratres, duo nominatim Domini praescripta commendare cupimus, quae praesenti humani generis condicioni potissimum respondent : abalienandum nempe esse terrenis rebus animum ac praecepto caritatis obtemperandum. « Beati pauperes spiritu »; haec prima fuere verba, quae ex ore Divini Magistri prodierunt, cum discipulos in monte alloqueretur.[28] Quod quidem doctrinae caput nostris vel maxime temporibus necessarium est, cum *materialismus* huius vitae bona voluptatesque ardentissime sitiat. Christiani omnes, sive divites, sive pauperes, oculos semper in caelum intentos ha-

[26] *A. A. S.*, vol. XXVIII, 1936, pp. 421-424.

[27] Io., IV, 23.

[28] MATTH., V, 3.

beant, illius sententiae memores.« non habere nos hic manentem civitatem, sed futuram inquirere ». [29] Qui divitiis affluant, non ex iis suam sibi quaerant felicitatem, neque in easdem assequendas potiore quoquo modo contendant; sed cum noverint se solummodo esse earum administratores, earumque rationem sibi esse summo Domino reddendam, iisdem utantur, tamquam validis adiumentis, a Deo acceptis, quibus virtutis fructus edant; neque praetermittant ea pauperibus distribuere, quae sibi supersint, secundum Evangelii praescripta. [30] Quod, nisi ita egerint, in eos in eorumque divitias revera illa S. Iacobi Apostoli sententia cadet : « Agite nunc, divites, plorate ululantes in miseriis vestris, quae ad venient vobis. Divitiae vestrae putref actae sunt, et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Aurum et argeiitum vestrum aeruginavit, et aerugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus... » . [31]

Verumtamen ii etiam, qui tenuiore fortuna utuntur, dum, ex iustitiae caritatisque legibus res sibi necessarias acquirere, suamque conantur meliorem reddere sortem, esse tamen et ipsi debent « pauperes spiritu », [32] pluris superna bona facientes, quam terrena gaudia. Ac praeterea in animis defixum habeant, id nunquam homines consecuturos esse, ut miseriae nempe, dolores aegritudinesque ex mortali hac vita discedant, quibus illi quoque obnoxii sunt, qui secundum rerum speciem fortunatiores videantur. Patientia igitur omnibus necessaria est; christianam illam dicimus patientiam, quae animum erectum tenet, divinaque felicitatis aeternae promissione confisum: « Patientes igitur estote, fratres, — sententiam iterum ab Apostolo Iacobo mutuamur — usque ad adventum Domini. Ecce agricola exspectat pretiosum fructum terrae, patienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum. Patientes

[29] **Cf. *Hebr.*,** XIII, **14.**

[30] **Cf. Luc,** XI, **41.**

[31] IAC, V, 1-3.

[32] MATTH., V, 3.

igitur estote et vos, et confírmate corda vestra, quoniam adventus Domini appropinquavit ».[33] ïta solummodo illa, solacii plena, Iesu Christi promissio adimplebitur dicentis: «Beati pauperes ». Neque eiusmodi pollicitationes, quemadmodum illae, quas *communistae* iactant, vana afferunt solacia, sed verba vitae aeternae sunt, quae summam rerum veritatem continent, quaeque, ut nunc in hac terra patent, ita postea, in sempiterna potissimum beatitate, patebunt. Quot enim pauperes hisce verbis caelorumque regni exspectatione confisi — quod eorum esse veluti hereditatem evangelica sententia docet : « beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei » ,[34] — ea felicitate perimuntur, quam divites tam multi, suis fatigati divitiis, easdemque augendi cupidine semper incensi, assequi non possunt.

Maioris etiam momenti est, malis, de quibus agimus, medendis, praeceptum caritatis, quod quidem nominatim eo spectat ut hoc propositum efficiatur. Quae cum dicimus, illam mente recogitamus christianam caritatem, « patientem et benignam » ,[35] quae gloriationem omnem omnemque speciem tutelae, quae proximos deprimat, abs se arcet; caritatem illam, quae, inde ab inito christiano nomine, homines paupérrimos omnium, Christo lucrata est, servitute scilicet oppressos. Qua de re maximas iis omnibus grates agimus, qui beneficentiae operibus dediti, cum per Vincentianos coetus, tum per instituta illa, quae nova invexerit aetas, quaeque communibus necessitatibus opitulantur, corporibus animisque misericordes se praestant. Quanto magis operariorum plebs atque indigentium in semet ipsa experietur quidnam caritatis studium, Iesu Christi virtute incensum, in sua ipsius commoda conferat, tanto magis praeiudicatas deponet opinationes, Ecclesiam nempe efficacitatem suam amisisse, iisque favere, qui eius labore abutantur.

Iamvero, cum hic innumeram egentium turbam cernimus, qui variis de causis, quae non ex iisdem pendeant, summa ege-

[33] IAC, V, 7-8.

[34] Luc, VI, 20.

[35] *I Cor.*, XIII, 4.

state opprimuntur, illic vero tot videmus homines, qui, nulla moderatione adhibita, et voluptatibus indulgent, et in res prorsus inutiles ingentes sumptus impendunt, tum facere non possumus quin magno cum animi dolore fateamur, neque probe omnes observare iustitiam, nec funditus intellegere quid christianae caritatis praeceptum postulet, ut in cotidianae vitae usum inducatur.

Cupimus igitur, Venerabiles Fratres, hoc divinum mandatum, qua sermonibus, qua scriptis, magis magisque illustretur, quod veluti insignita tessera exstat, idcirco a Iesu Christo data, ut sui a ceteris omnibus veri discipuli dignoscantur; hoc mandatum dicimus, quod nos docet aerumnosos omne genus quasi divinum ipsum Redemptorem inspicere, quodque nos iubet omnes homines eo amore, tamquam fratres, adamare, quo nos Servator noster prosecutus est; ac vel ad nostrarum usque rerum ipsiusque, si opus fuerit, vitae iacturam. Atque illa saepe numero in omnium animis sententia versetur, ut solacii ita terrons plena, quam supremus Iudex extremo die edet : « Venite, benedicti Patris mei... esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere... Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis ».[36] Itemque alia ex adversa parte : « Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum... : esurivi enim, et non dedistis mihi manducare; sitivi, et non dedistis mihi potum... Amen dico vobis: quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis ».[37]

Ut tuta igitur aeterna vita reddatur, utque efficienter succurratur indigentibus, necesse omnino est et ad modestiorem vitam reverti, et voluptatibus renuntiare, quae tam copiose ac vel vitiorum flagitiorunique plena afferuntur; et sui ipsius denique, amore proximorum, oblivisci. Divina virtus, quae homines renovandi vim habet, hoc christianae caritatis « praecepto novo »[38] continetur; fidelisque eidem obtemperatio, ut

[36] MATTH., XXV, 34-40.
[37] MATTH., XXV, 41-45.
[38] Io., XIII, 34.

intimam pacem animis indet, terrenae huic vitae ignotam, ita malis, quae humanum genus cruciant, efficaci modo medebitur.

At vero caritas hoc nomine gloriari non potest, nisi iustitiae rationibus innitatur, ex Apostoli sententia: « Qui diligit proximum, legem implevit ». Quam quidem rem ita idem Apostolus interpretando explanat : « Nam : non adulterabis ; non occides ; *non furaheris;* ... et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: *Diliges proximum tuum sicut teipsum»?** Si igitur, secundum Apostolum, officia omnia, ac vel ea, quibus districtu iure iubemur, ut neque occidamus, neque furemur, ad unum verae caritatis praeceptum reducuntur; caritas, quae operarium debita mercede privat, non caritas est, sed vanum nomen et ficta species caritatis. Neque sane aequum est ut artifex veluti eleemosynam id accipiat, quod sibi iustitiae titulo debeatur; nec eo cuilibet contendere licet, ut se iustitiae debitis eximat, parva misericordiae dona subrogando. Tum caritas tum iustitia sua imponunt officia, quae saepe, quamvis non iisdem rationibus, ad unam tamen eamdemque rem pertinent; opifices vero, ita sua ipsorum dignitate postulante, ad haec officia omnibus dignoscenda, quibus ceteri erga eos teneantur, acérrimo quodam animi sensu, iure meritoque feruntur.

Quapropter vos peculiari modo compellamus, christiani heri officinarumque domini, quibus proprium est saepenumero tam difficile munus, quandoquidem illam errorum quasi hereditatem ab iniusto oeconomicarum rerum regimine excepistis, quod in tot hominum aetates ruinóse influxu : officiorum memores estote, quibus respondere debetis. Dolendum equidem est, sed tamen verum, quorumdam catholicorum agendi morem non parum contulisse ad operariae plebis fiduciam ab Iesu Christi religione abalienandam. Ii siquidem noluerunt mente animoque complecti certa quaedam iura esse christianae caritatis vi agnoscenda, quae artificibus debeantur, quaeque Ecclesia aperte luculenterque declaraverit iisdem esse tribuenda. Ecquid de eo-

" *Rom.,* XIII, 8, 9.

rum agendi ratione censendum est, qui alicubi id consecuti sunt, ut in sacris suis patronalibus aedibus Encyclicae Litterae *Quadragesimo anno* ne legerentur? Quid de catholicis illis offïcinarum dominis, qui ordinandis operariorum causae rationibus usque adhuc adversati sunt, quas Nosmet ipsi commendavimus? Nonne deplorandum est, ius mancipii, ab Ecclesia sancitum, idcirco usurpatum esse ut opifices mercede sua suoque sociali iure def raudarentur ?

Verum enim vero, praeter iustitiam, quam commutativam vocant, socialis etiam iustitia colenda est, quae quidem ipsa officia postulat, quibus neque artifices neque heri se subducere possunt. Atqui socialis iustitiae est id omne ab singulis exigere, quod ad commune bonum necessarium sit. Ut autem, ad quamlibet viventis corporis compagem quod attinet, in universum consultum non est, nisi singulis membris ea omnia tribuantur, quibus eadem indigeant ad suas partes explendas; ita, ad communitatis constitutionem temperationemque quod pertinet, totius societatis bono prospici non potest, nisi singulis membris, hominibus videlicet personae dignitate ornatis, illud omne impertiatur, quod iisdem opus sit, ad sociale munus cuiusque suum exercendum. Si igitur iustitiae sociali provisum fuerit, ex oeconomicis rebus uberes enascentur actuosae navitatis fructus, qui in tranquillitatis ordine maturescente Civitatisque vim firmitudinemque ostendent; quemadmodum humani corporis valetudo ex imperturbata, plena fructuosaque eius opera dignoscitur.

Neque satis sociali iustitiae factum erit, nisi opifices et sibimet ipsis et familiae cuiusque suae victum tuta ratione ex accepta, rei consentanea, mercede praebere poterunt; nisi iisdem facultas dabitur modicam quamdam fortunam sibi comparandi, ad illud communis paupertatis ulcus vitandum, quod tam late diffunditur; nisi denique opportuna erunt in eorum commodum inita consilia, quibus iidem, per publica vel privata cautionis instituta, suae ipsorum senectuti, infirmitati operisque vacation! consulere queant. Qua in causa haec repetere

iuvat, quae in Encyclicis Litteris *Quadragesimo anno* diximus: « Etenim tum demum res oeconomico-socialis et vere constabit et suos fines obtinebit, si omnibus et singulis bona omnia suppeditata fuerint, quae opibus et subsidiis naturae, arte technica, sociali rei oeconomicae constitutione praestari possunt; quae quidem bona tot esse debent, quot necessaria sunt et ad necessitatibus honestisque commodis satisfaciendum, et ad homines provehendos ad feliciorem illum vitae cultum, qui, modo prudenter res geratur, virtuti non solum non obest, sed magnopere prodest ». [40]

Quodsi, ut saepius cotidie accidit, in salario rependendo, iustitiae singuli obtemperare ea tantummodo condicione possunt, ut de eadem obtemperatione secum omnes conveniant, earum nimirum consociationum ope, quae heros — ad vitandam rerum pretii contentionem, operariorum iuribus perniciosam — inter se devinciant, tum dominorum operumque conducturam erit necessarias eas consociationes fovere atque provehere, quae ordinariae rationes exstent, quibus iustitiae officia expleri possint. Sed artifices etiam suos ante oculos habeant caritatis ac iustitiae officia, sibique persuadeant, hoc modo, satius procul dubio suis utilitatibus provisum fore.

Totam igitur oeconomicarum rerum compaginem intuentibus videre licet — quod iam in Encyclicis Litteris *Quadragesimo anno* notavimus — mutuam iustitiae caritatisque operam in oeconomicas ac sociales necessitudines innuere non posse, nisi foederatae illae sodalitates, quas *professionales* et *interprofessionales* vocant, solido christianae doctrinae fundamento innixae, ea constituant, pro diversis locorum temporumque adiun ctis, quae corporatorum hominum collegia dicebantur.

Quo autem maior sociali eiusmodi actioni tribuatur efficacitas pernecessarium est harum rerum studium, praelucentibus Ecclesiae praeceptis, foveri quam maxime ; eiusque praescripta ac monita, potestate auspice a Deo in ipsa Ecclesia constituta,

[40] **Litt. Encycl. *Quadragesimo armo,* 15 maii 1931 *(A. A. S.,* vol. XXIII, 1931, p. 202).**

quam latissime pervulgari. Nam si quorumdam catholicorum agendi ratio, in oeconomicarum ac socialium rerum campo, aliquid habuit minus laude dignum, hoc saepenumero idcirco accidit, quod iidem haud satis ea meditati essent, quae Summi Pontifices hac super causa docuissent. Quamobrem itidem necesse est, ut omnes ex quolibet societatis ordine, pro varia sua cuiusque cultura, socialibus disciplinis cotidie impensius instituantur; utque Ecclesiae id genus doctrina in operariam quoque plebem etiam atque etiam propagetur. Catholicae Ecclesiae praecepta hominum mentes tuta luce sua collustrent, eorumque voluntates ita fiectant, ut rectam indidem homines sumant vivendi normam., qua societatis officia sancte diligen terque impleantur. Ita enim omnes christianorum morum discrepantiae atque inconstantiae obstare enitentur, quas Nos non semel conquesti sumus; e quibusque fit ut nonnulli suis utique religionis officiis satisfacere videantur, qui tamen in laboris, industriae suique officii provincia, vel in commercio publicove munere exercendo, geminam quodammodo conscientiae speciem induentes, eiusmodi vitam, proh dolor, traducant, quae nimium quantum a luculentis iustitiae ehristianaeque caritatis praescriptionibus abhorreat. Qua profecto agendi ratione et gravem nutantibus animis offensionem praebent, et causam improbis suppeditant, cur Ecclesiam ipsam detrectent.

Admodum sane ad hanc christianorum morum instaurationem conferre potest catholicarum scriptionum propagatio, quibus illuc contendatur, ut primo, varie leniterque hominum mentibus illectis, socialis ab Ecclesia tradita disciplina planius innotescat in dies; ut post, accurate aeque ac fuse adversariorum coeptis patefactis, arma pariter indicentur, quae plurium locorum usus ad repugnandum aptiora repererit; ut postremo consilia proponantur opportuna *communistarum* machinationibus atque fallaciis praevertendis, quibus hi, ut nitebantur, sincerae fidei homines non paucos inescaverint.

Etsi haec, Allocutione a Nobis habita die xn maii superiore anno, iam maximopere ursinius, tamen nihilominus, Venerabi-

les'-Fratres, in eadem animos vestros iterum eonvertere necessarium esse ducimus. *Communismus* initio, ut re erat vera, scelestiorem, quam quod scelestissimum, se praebuit; at cum subinde sensisset ab se populos passim abalienari, ratione belli gerendi mutata, multitudines per eiusmodi varii generis fallacias captare nisus est, quae; quid ipsae intendant, doctrinis occultant in se rectis atque illecebrosis.

Ita, ut exemplis utamur, cum animadverterint *communismi* capita incensis votis ad pacem anniti omnes, se fautores communium id genus nisuum pro pace inter gentes universas constabilienda unos omnium studiosissimos assimulant; at contra, ex altera parte populos ad contentionem de civitatis ordinibus tollend is pariter commovent, unde acerbissimae proficiscuntur caedes ; ex altera vero, pacem se non habere tutam experti, arma quantacumque possunt ingentia parant. Item nominibus, quae *communismum* ne significant quidem, confictis, vel consociationes condunt, vel commentarios certis diebus edunt, quae illuc unice spectant, ut errores suos mediis iis hominum con sortionibus interserant, ad quas, si secus agerent, irrepere neutiquam possent; quin etiam in catholicas religiosas ve sodalitates perfidiose omnibusque viribus serpere compluries student. Item fit alicubi ut, de doctrina sua nullo modo desisten - tes, catholicis hominibus auctores iidem sint mutuae sibimetipsis operae, nunc in humanitatis, nunc in caritatis provincia ultro ferendae; quam ad rem coepta interdum proferunt, omnino cum christiano sensu cumque Ecclesiae doctrina congruentia. Aliis vero locis, eo simulationis iidem procedunt, ut gentibus non nunquam suadeant, in regionibus ubi aut christiana fides aut humanitatis cultus altius insederit, *communismum* esse procul dubio lenius se gesturum, facta singulis libertate, sive Summi Dei colendi, sive quae quisque maluerit de religione iudicandi. Sunt immo nonnulli qui, ex aliquantula inducta recens in *bolse evistarum* leges mutatione efficiant, in eo esse *communismum* ut a consilio cum Deo decertandi tandem aliquando absistat.

Agitedum, Venerabiles Fratres, date impensissimo operam, ut fideles ab insidiis caveant. *Communismus* cum intrinsecus sit pravus, eidem nulla in re est adiutrix opera ab eo commodanda, cui sit propositum ab excidio christianum civilemque cultum vindicare. Si qui vero, in errorem inducti, opem *com munismo* in regionibus suis constabiliendo tulerint, erroris ipsi sui poenas primi luent; ac quanto in antiquiore ac clariore humanitate, a christiano utique nomine invecta, gloriatur civitas ad quam perlabatur *communismus,* tanto perniciosior in eadem atheorum ira exardescet.

Attamen « ... nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam ».[41] Vos igitur, Venerabiles Fratres, vehementer cohortamur in vestra cuiusque dicione elaborare, cura quanta poteritis maxima, ut constans precandi studium suique castigandi reviviscat, atque cotidie magis incalescat.

Cum enim e Christo Iesu olim sciscitarentur Apostoli quare a lymphato homine daemonem ipsi deicere nequivissent, Is respondit: « Hoc genus non eici tur nisi per orationem et ieiunium ».[42] Rati ergo malis, quibus aetate hac nostra humanum genus excruciatur, remedium afferri nulla alia posse ratione, nisi omnes per orationem et poenitentiam in communem veluti hostem strenue sancteque quasi compugnaverint, apud universos, at prae primis apud religiosos utriusque sexus ordines divinis contemplandis rebus devotos, instamus enixe, ut supplicationibus suique ipsorum castigationibus multiplicatis, a Deo validam Ecclesiae suae opem in tam difficili temporum cursu impetrent, deprecatrice apud Deum utentes Deipara Immaculata, quae, ut olim antiqui serpentis caput contrivit, ita semper tutissimum praesidium est *mvictumque Auœilium christianorum.*

[41] *Ps. CXXVI,* 1.

[42] MATTH., XVII, 20.

V

Sicut ad salutare huiuscemodi ubique terrarum perficiendum opus, quod dicendo hactenus persecuti sumus, ita ad remedia, quae praecise docuimus, morbis adhibenda, electores .ac ministros Christus Iesus sacerdotes suos in primis elegit atque constituit. Iiis namque munus, peculiari Dei numine, mandatum quidem est, ut, sacris Pastoribus usi ducibus ac Christi in terris Vicario modestissime studioseque obsecuti, ardentem fidei facem universo hominum generi nullo non tempore praeferant, simulque illam catholicis viris supernam spem perpetuo iniiciant, qua Ecclesia nisa semper, tot retulit victorias quot praelia Christi causa commisit: « Haec est victoria quae vincit mundum, fides nostra ».[43]

Qua in re illud nominatim in sacerdotum memoriam revocantes quod f. r. Decessor Noster Leo XIII in iis cohortandis pronuntiavit, ad opifices nempe iisdem adeundum esse, idipsum Nostrum faciendum hoc additamento putamus: « Ad opifices egenos potissimum prodite; immo, in universum, ad indigentes prodite »; quemadmodum Christi eiusque Ecclesiae doctrina iubet. Turbulenti enim homines eos, qui in egestate versantur, insidiis prae ceteris petunt; quandoquidem e miseris, quibus hi conflictantur rebus, facilem contingunt causam, qua eosdem in divitum invidiam rapiant vehementerque commoveant, ut in omnia violenter in volent, quae sibi inique recusata a fortuna arbitrentur. Quodsi sacerdos opificibus atque egenis non occurrat, ut a qualibet eos, tum praeiudicata opinione, cum doctrina commenticia aut prohibeat aut liberet, nullo negotio iidem sunt *communismi* praeconibus in arbitrium cessuri.

Enimvero non diffitemur in huiusmodi provinciam, post datas praesertim Encyclicas Litteras *Rerum novarum* et *Quadragesimo anno*, multum operis collatum ad hoc tempus fuisse; «ac propterea paterno studio eorum Episcoporum ac Sacerdotum

[43] i Io., V, 4.

sollertes curas hoc loco prosequimur, qui, cautiones, quas re& habeat, opportune adhibentes, novas vias no vosque aditus ad nostram hanc aetatem accommodata, in hoc genere explorant atque experiuntur. Attamen quae in istiusmodi rem adhuc usque gesta sunt, nostrorum temporum usibus nimiopere impana esse constat. Quemadmodum, cum publica res periclitatur,, cetera posthabentur omnia, quae vel ad vitam necessaria minime sint, vel directo ad civitatis propugnationem non spectent, eodem fere modo, in re de qua loquimur, alia cuiusvis generis coepta, quamvis utilissima atque pulcherrima, postferri oportet necessitati ipsa christianae fidei christianaeque humanitatis communiendi fundamenta. Quam ob causam qui in singulis quibusque paroeciis versantur sacerdotes, cum primum, ut par est, in communem curationem et administrationem fidelium incubuerint, mox optimam maximamque diligentiae suae vim illuc intendant necesse est, ut simul operariorum multitudines. Christo recipiant et Ecclesiae, simul hominum consociationes, atque communitates, quae magis desipuerint, christiano spiritu ab integro imbuant. Quod porro si praestiterint qui e sacro ordine sunt, ne addubitent quin aliquando e sollicitudine sua sint necopinatorum fructuum affatim percepturi, qui loco eis mercedis equidem futuri sunt, ob datam primum laboriose operam* animis funditus novandis. Hic, ut exemplis utamur, revera contigisse Romae aliisque in frequentissimis urbibus animadvertimus, ubi, ad sacras aedes in extremis vicis recens exaedificatas, paroeciales fidelium coetus studiose coalescunt, ac mirifice eorum mores civium commutantur, qui religionem hac una de causa aversati fuerint, quod eam omnino ignoraverint.

Verumtamen vis una omnium validissima egenorum tenuiorumque turbis christiane excolendis, exemplo equidem continetur sacerdotis, qui earum choro virtutum circumfundatur, quarum in Litteris Encyclicis a Nobis datis *Ad catholici sacerdotii*[44] seriem adhortando recensuimus; sed hac in causa»

[44] **Die 20 dec. anno 1935 *(A. A. S.*, vol. XXVIII, 1936, pp. 5-53).**

Dei administros nominatim opus est vitae modestia, tenuitate, abstinentia eo usque eminere ut sese apud fideles ad absolutissimam referant formam Divini Magistri, qui de seipso fidenter loquebatur : « Vulpes f oveas habent et volueres caeli nidos : Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet ». [45] Quotidianis enim experimentis cognitum est tenuioris vitae sacerdotes, qui ex evangelica doctrina suis reipsa utilitatibus nullo modo inserviant, mirifica semper conferre in christianam plebem beneficia: uti exemplis S. Vincentii a Paulo, S. Ioannis B. Vianney, S. Iosephi B. Cottolengo, S. Ioannis Bosco, innumerabilium aliorum confirmatur; dum, contra, avari sacerdotes, qui omnia emolumentis suis et commodis metiantur, ut in eisdem Encyclicis Litteris Nostris ostendimus, quamvis eo impietatis non processerint, quo ludas Christi proditor, nihilominus vanum « aes sonans » atque inane « cymbalum tinniens » [46] exsistent; ac saepenumero tantum aberit ut iidem in fideles divinam defundant gratiam, ut potius ab iisdem prohibeant. Quodsi utriusque cleri sacerdotes e suo cuiusque muneris officio opes convenit administrare, meminerint tamen, non modo caritatis iustitiaeque leges sibi esse diligentissime observandas, verum etiam singulariter enitendum ut sese pauperum reipsa patres exhibeant.

Post Clerum, carissimos e laicorum ordine filios Nostros paterne compellamus in Catholica Actione militantes, quam tantopere et in amore habemus et, pro opportunitate, « adiumentum peculiari Dei providentia » in tam difficili rerum cursu Ecclesiae datum professi sumus. Actio nimirum Catholica, cum in hoc demum certet, ut Iesus Christus, tum in singulos, cum in domesticum civilemque convictum feliciter dominetur, sociali, ut aiunt, apostolatu defungi dicenda est. Ea igitur prae primis constanter elaboret necesse est, ut sodalium suorum animos, quam diligentissime potest, excolat, atque ad certamina Dei causa certanda exerceat. Sodalium huiusmodi institutioni, si

[45] MATTH., VIII, 20.

[46] / *Gor.*, XIII, 1.

qua alia, nostra hac aetate praesentissimae ac pernecessariae, quae omnem vitae actionem, fundamenti instar, praecedat oportet, mirum in modum conducent, primum coetus studii causa instituti, deinde habitae identidem per hebdomadam de socia^ libus rebus congressiones, tum acroases ex ordine factae, ac postremo omnia varii generis coepta, quae id maxime spectent, ut ostendant qua ratione qualive via oeconomicae quaestiones christiane expediantur.

Tam apte conformati Actionis Catholicae milites non est dubium quin apud eos, quos habeant operis participes, primi exsistant apostoli, atque adiutricem sacerdotibus suam commodantes operam, assidue contendant sive veritatis lumen latius propagare, sive tot tantasque tum corporis tum animi miserias in mediis societatibus levare, quae Dei administrorum ideo obnituntur compluries navitati, quod vel temere concepta de clero opinione laborant, vel religionem ipsam miserandum in modum neglegunt. Hac iidem ratione, presbyteros usu atque exercitatione praeditos in ducatum adhibentes, viriliter animoque magno conspirabunt ad operariorum multitudini in religiosis rebus assidendum; quod summae Nobis est curae, utpote quod instrumentum ex omnibus aptissimum habeamus, quo artifices, dilecti filii Nostri, a *communistarum* fallaciis defendantur.

Praeter hanc vim, quae in singulos saepe privatim at salubriter semper efficienterque influit, sodalium Actionis Catholicae est, modo verbis modo scriptis, eam late disseminare doctrinam, quae in publicis Summorum Pontificum documentis inest, quaeque ad rem publicam christiane administrandam conducit.

Ad Actionem Catholicam, in copiarum veluti modum, consociationes consistunt, quas iam Nosmet ipsi eiusdem auxiliarías appellavimus. Iamvero huiusmodi quoque consociationes paterno studio, hoc loco, hortamur eas, de quibus agimus, praestantissimas partes sibi deposcere, quae nostris hisce diebus tanti intersunt, quanti interesse maxime possunt.

Sed praeterea animum heic Nostrum ad eas sodalitates convertimus, quae aut viris ex eodem ordine aut mulieribus eo-

agmen tan tur : sodalitates, praeter alias, dicimus operariorum, agricolarum, fabricationum artificum, medicorum, herorurn, iitteratorumque, qui cum haberent communem eruditionis gradum, in ordines sibi accommodatus, ipsa veluti natura duce, coaluerunt. Has namque societates plurimum valere putamus sicut ad temperationem illam in res publicas inducendam, quam Litteras Encyclicas *Quadragesimo anno* scribentes animo intendebamus, ita ad Christi regnum in litterarum omne genus operumque campum enixe prof eren dum.

Quodsi ob mutatum rerum oeconomicarum vel socialium statum, rectores civitatis suum esse duxerunt legibus peculiaribus consociationes ipsas moderari ac temperare, salvis, ut aequum est, privatorum libertate et auctoritate; Actionis tamen Catholicae sodales, quamquam praesentium rerum rationem habeant oportet, prudenter nihilominus in causam tam studia sua conferant, nostrorum temporum quaestionibus ad catholicae doctrinae normas enodandis, quam industriam impertiant suam recte libenterque recentiora instituta eo consilio participantes, ut eadem christiano spiritu imbuant, unde rei publicae disciplina manat et civium fraterna ac mutua in agendo conspiratio.

Patris heic animo alioqui carissimos Nobis catholicos opifices, vel adolescente vel adulta aetate, libet, qui ob strenue servatam fidem in tanta temporum iniquitate, honestum arduumque onus et munus, loco praemii, accepisse videantur. His videlicet, sacrorum Antistitibus ac sacerdotibus industriam et laborem dirigentibus, est apprime conandum ut ad Ecclesiam Deumque ipsum ingentes sui ordinis multitudines revocent, quae ira idcirco accensae quod neque iuste aestimatae neque in merito habitae fuerint honore, a Deo, proh dolor, desciverint. Catholici artifices, qua verbis, qua exemplo aequalibus hisce suis de recta via deductis declarent, Ecclesiam benignae matris animum in omnes gerere, qui seu labore fatigentur seu afflictentur doloribus; atque, ut nunquam praeterito tempore, ita in posterum numquam ab officio filios suos tuendi discessuram esse. Quod quidem munus, ad fodinas, ad officinas, ad armamentaria,

quocumque denique opus initur, proferendum, cum incommoda quandoque postulet, meminerint catholici iidem operarii Christum Iesum cum operis exemplo, perpessionis quoque exemplum coniunxisse.

Omnibus autem Nostris Ecclesiaeque filiis, e quovis ordine, e quavis gente, e quovis denique sodalicio religiosorum laicorumve hominum, iterum hoc loco fidentiusque instamus, ut animorum concordiam pro viribus foveant. Etenim non semel acerbum animo Nostro dolorem discidia illa commoverunt inter catholicos viros concitata, quae, etsi ex inanibus nascuntur causis, in luctuosos tamen desinunt exitus ; cum eiusdem matris Ecclesiae filios inter se colluctari iubeant. Ita fit ut seditiosi homines, quorum non ingens est agmen, datam occasionem nacti, discidia eadem exacuant atque id, quod maxime volunt, consequantur, ut videlicet catholicos homines alios adversus alios sollicitent. Quamobrem, quamvis recentiores nostrorum temporum eventus ita per se loquantur, ut monita Nostra supervacanea reddere videantur, nihilo secius id genus adhortationem eorum causa iterandam putamus, qui eam aut non intellexerint aut intellegere recusaverint. Qui exacuendis inter catholicos discidiis dant operam, formidandum profecto onus tum a Deo tum ab Ecclesia in se recipiunt.

Sed ad vim propulsandam, qua « potestas tenebrarum » Dei ipsius opinionem ex intimis hominum mentibus, evellere contendit, summa in spe sumus cum eis, qui christiano nomine gloriantur, se etiam illos efficienter coniuncturos esse, qui, longe maxima nempe hominum pars, Deum esse credunt et adorant.

Illud igitur geminantes, quod quinque abhinc annos in Encyclicis Litteris *Caritate Christi* scripsimus, hos iterum incitamus, ut pro sua quisque parte in id sincera fide incumbant, ut gravissimum illud, quod omnibus impendet periculum, ab humano genere arceant.

Nam — ut tunc temporis monebamus —: « Dei... agnitione, tamquam firmo cuiusvis civilis ordinis fundamento, cum humana quaelibet auctoritas innitatur necesse sit, qui omnium

rerum legumque omnium perturbationem ac resolutionem nolunt, ii strenue contendant oportet, ne religionis hostes sua consilia, tam vehementer palamque conclamata, exsequantur ».[47]

Persecuti hactenus sumus, Venerabiles Fratres, certum ac definitum munus, simul ad doctrinam, simul ad vitae actionem spectans, quod Ecclesia, Christo auctore ac statore suo, mandante, in se recepit, tum hominum consortioni christiano spiritu imbuendae, cum in praesentia *communistarum* conatibus retundendis; atque in eiusmodi muneris partem universos hominum ordines advocavimus.

Sed in huiusmodi rem christiana quoque Civitas conferat opus est, Ecclesiae in hac provincia suam commodando operam, quae, licet externis sui ipsius propriis instrumentis expromatur, fieri tamen non potest quin prae primis in animorum utilitatem cedat.

Quamobrem, qui Civitatibus praesunt, illuc studia omnia ac consilia sua impendant, ut prohibeant quominus nefanda atheorum commenta, ad ruinam cuiusvis humani convictus ementita, in suos irrepant populos; cum nec ulla possit inter homines auctoritas, remota Dei auctoritate, consistere, nec ullum constare iusiurandum, Dei viventis nomine sublato. Qua de re opportunum ducimus ea nunc iterare, quae toties tantaque cura per docuimus, praesertim in Encyclicis Litteris *Caritate Christi*: «... Qui possunt humana consistere commercia, qui vim nancisci pactiones, ubi nullum sit conscientiae vadimonium, ubi nulla sit in Deum fides, nullus Dei timor? Hoc enim sublato fundamento, omnis morum decidit lex, nihilque impedire poterit, quominus gradatim, at necessario praecipites ruant gentes, familiae, res publica ipseque humanae vitae cultus ».[48]

In hoc praeterea eorum qui publice imperant versari curas praecipuas oportet, ut illa civibus suis vitae adiumenta parent, quibus si iidem careant, rem ipsam publicam, quantumvis recte

[47] **Litt. Encycl. *Caritate Christi,* 3 maii 1932 *(A. A. S.,* vol. XXIV, 1932, p. 184).**

[48] **Litt. Encycl. *Caritate Christi,* 3 maii 1932 *(A. A. 8.,* vol. XXIV, p. 190).**

compositam, eoncidere pronum est; utque maxime patribus familias ac iuvenibus opera suppeditent. Quod ut civitatis gubernatores consequantur,, bonorum possessores impellant ad ea onera, communis omnium utilitatis gratia, subeunda, quae si recusent, neque civilis societas neque possessores ipsi in tuto esse possint. At in id suscepta a rei publicae moderatoribus consilia eiusmodi sane esse debent, ut revera ad eos pertineant, qui et opibus copiisque affluant, et easdem cotidie in proximorum grave detrimentum adaugeant.

Publicam autem ipsius civitatis administrationem, cuius aliquando sunt Deo et societati rationes reddendae, tanta niti oportet prudentia tanta sobrietate, ut ex ea cives omnes exemplum sibi sumant. Per hoc temporis, si unquam alias, molestissimum illud, quo cunctae gentes premuntur rerum oeconomicarum discrimen postulat, ut qui peramplis utuntur fortunis, tantorum civium sudore ac labore quaesitis, communem tantummodo utilitatem intendant et, ut possunt, diligentissime augeant. Publici etiam magistratus ac minoris ordinis administri ex religione cumulate modesteque officio satisfaciant, exemplum sibi hac de re a praeclarissimis illis viris petentes, qui, aut patrum aut nostra memoria, per industriam et laborem sese rei publicae commodis impendere non dubitaverit. In mutuis vero populorum commerciis quam primum commenticia impedimenta omnia in genere oeconomico discutienda sunt, a suspicionibus potissimum et simultatibus hinc illinc enata, quippe cum populi omnes unam dumtaxat efficiant familiam, a Deo utique ortam.

At pariter Civitatum principes Ecclesiam sinant esse liberam ad divinitus sibi concreditum munus in animorum salutem praestandum, si velint, data adiutrice opera, hac etiam via, populos a saevissima nostrorum temporum procella efficienter liberare. Iure optimo nostra hac aetate animorum vires ubique terrarum sollicite incitantur; quandoquidem propulsandum malum, si modo unde idem primo exsurgat aestimetur, animos praecipue afficere dicendum est; atque ex corruptis funditus opi-

nationibus, luctuosa atque impia *communismi* monstra necessitate quadam consequuntur. Atqui in omnibus viribus, quae ad religionem colendam ordinandosque mores pertinent, sine controversia Catholica Ecclesia eminet; itaque fit ut humani ipsius generis salus postulet, ne eiusdem Ecclesiae actio et efficacitas intercipiatur. Si vero secus agitur, ut idem propositum rationibus dumtaxat vel oeconomicis vel civilibus intendatur, in errorem labi periculi plenum procul dubio necessarium est. Etenim ubi religio a litterariis ludis, a iuvenum educatione, a publicae vitae moribus prohibeatur; ubi Catholicae Ecclesiae administri sacraque ritus despicatui habeantur, nonne illa promoveantur *materialismi* placita, unde communismi principia ordinationesque oriantur ? Ac revera nec ulla humana potentia, vel optime instructa, nec terrenarum rerum vota, licet maxima atque excelsa spectent, effrenatos id genus motus compescere possunt, qui ex eo profluunt, quod mortalis huius vitae bona nimiopere expetuntur.

Iamvero futurum confidimus ut ii, quorum in manibus populorum fortuna est, si modo gravissimum animadverterint discrimen, quod in praesens gentibus omnibus ingruit, magis profecto magisque in dies sibi persuasum habeant, eo se officio teneri, ut Ecclesiam a suo persolvendo munere ne arceant; idque eo vel magis, quod dum eadem sempiternam hominum beatitatem assequi contendit, temporariae etiam veri nominis prosperitati comparandae augendaeque studet.

Antequam vero Encyclicis hisce Litteris finem facimus, eos quoque alioqui cupimus filios Nostros, qui vel iam *communismi* peste miserrime laborant, vel in eo sunt ut eodem inficiantur. Quemadmodum eos enixe compellamus, ut amantissimi Patris dictis audientes sint, ita Deum vehementer rogamus, ut eorum mentes collustrando, a lubrico eosdem itinere abducat, per quod in luctuosum exitium transversi agantur; atque adeo Christum Iesum, unum humani generis Servatorem, agnoscant : «... nec enim aliud nomen est sub coelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri » .[49]

Ac denique ut exoptatam omnibus pacem Christi maturemus in regno Christi, [50] actuosam Ecclesiae navitatem, quae atheorum communistarum conatibus obsistit, auspiciis atque tutelae sancti Iosephi concredimus, potentissimi nempe Ecclesiae Catholicae Patroni.

Is enim cum ex operariae plebis ordinibus esset, egestatis incommoda ipsemet una cum commissa sibi Nazarethana familia perpessus est, cui sedulo studioseque praeerat; atque eius curae Divinus Infans tum demandatus fuit, cum sicarios suos Herodes, internecionis causa, immisit. Itemque, quotidiano officio suo fideliter cumulateque functus, iis omnibus exemplo fuit, quibus est cibus fabrili arte quaerendus ; ac vir iustus merito appellatus, praeclarum illius christianae iustitiae specimen exstat, quae socialem hominum vitam conformare debet.

Nos igitur, oculis sublime erectis, fidei virtute roboratis, <(novos coelos » quasi cernimus ac « novam terram », [51] de quibus S. Petrus, primus Decessor Noster loquitur. Ac dum ea, quae fallaces errorum praecones in hac mortali vita assequenda pollicentur, tot sceleribus totque doloribus partis, evanescunt ; id quodammodo e caelo iucundissime resonat, quod Divinus Redemptor in Apocalypsi praecinit : « Ecce nova facio omnia ». [52]

Iam nihil aliud restat, Venerabiles Fratres, quam ut, paternas attollentes manus, vobis, clero populoque unicuique vestrum concredito,atque adeo innumerae catholicorum familiae, Apostolicam Benedictionem imperfiamus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xix mensis martii, in festo sancti Iosephi, universae Ecclesiae Patroni, anno MDCCCCXXXVII, Pontificatus Nostri decimo sexto.

PIUS PP. XI

[49] ***Act.,*** IV, **12.**

[50] **Cf. Litt. Encycl. *UM arcano,* 23 dec. 1922 *(A. A. 8.,* vol. XIV, p. 691).**

[51] II PETR., III, **13; cf. Is.,** LXV, **17,** LXVI, **22; *Apoc,*** XXI, **1.**

[52] ***Apoc,*** XXI, **5.**

LETTERA ENCICLICA

AI PATRIARCHI, PRIMATI, ARCIVESCOVI, VESCOVI E ALTRI ORDINARII AVENTI PACE E COMUNIONE CON LA SEDE APOSTOLICA: « DEL COMUNISMO ATEO ».

PIO PAPA XI

VENERABILI FRATELLI

SALUTE ED APOSTOLICA BENEDIZIONE

1. - La promessa di un Redentore illumina la prima pagina della storia dell'umanità; e così la fiduciosa speranza di tempi migliori lenì il rimpianto del paradiso perduto e accompagnò il genere umano nel suo tribolato cammino, finché nella pienezza dei tempi il Salvatore del mondo, venendo sulla terra, compì l'attesa e inaugurò una nuova civiltà universale, la civiltà cristiana, immènsamente superiore a quella che l'uomo aveva fino allora laboriosamente raggiunto in alcune nazioni più privilegiate.

2. - Ma la lotta fra il bene e il male rimase nel mondo coinè triste retaggio della colpa originale; e l'antico tentatore non ha mai desistito con fallaci promesse d'ingannare l'umanità. Perciò nel corso dei secoli uno sconvolgimento è succeduto all'altro fino alla rivoluzione dei nostri giorni, la quale o già imperversa o seriamente minaccia, si può dire, dappertutto e supera in ampiezza e violenza quanto si ebbe a sperimentare nelle precedenti persecuzioni contro la Chiesa. Popoli interi si trovano nel pericolo di ricadere in una barbarie peggiore di quella in cui ancora giaceva la maggior parte del mondo all'apparire del Redentore.

3. - Quesèo pericolo tanto minaccioso, Voi l'avete già compreso, Venerabili Fratelli, è il comunismo bolscevico ed ateo che mira a capovòlgere l'ordinamento sociale e a scalzare gli stessi fondamenti della civiltà cristiana.

I

ATTEGGIAMENTO DELLA CHIESA DI FRONTE AL COMUNISMO

Condanne anteriori

4. - Di fronte a tale minaccia la Chiesa Cattolica non poteva tacere e non tacque. Non tacque specialmente questa Sede Apostolica che sa essere sua specialissima missione la difesa della verità e della giustizia

Come altre epoche della Chiesa, anche questa sarà preannunziatrice di nuovi progressi e di purificazione interiore, quando la fortezza nella professione della fede e la prontezza nell'affrontare i sacrifìci da parte dei fedeli di Cristo saranno abbastanza grandi da contrapporre alla forza materiale degli oppressori della Chiesa l'adesione incondizionata alla fede, l'inconcussa speranza, ancorata nell'eterno, la forza travolgente di amore operoso. Il sacro tempo della Quaresima e di Pasqua, che predica raccoglimento e penitenza e fa rivolgere lo sguardo del cristiano più che mai alla croce, ma insieme anche allo splendore del Risorto, sia per tutti e per ciascuno di voi un'occasione che saluterete con gioia e sfrutterete con ardore, per riempire tutto l'animo dello spirito eroico, paziente e vittorioso che si irradia dalla croce di Cristo. Allora i nemici di Cristo — di ciò siamo sicuri — che vaneggiano sulla scom-

parsa della Chiesa, riconosceranno che troppo presto hanno giubilato è troppo presto hanno voluto seppellirla. Allora verrà il giorno, in cui invece di prematuri inni di trionfo dei nemici di Cristo, si eleverà al cielo dai cuori e dalle labbra dei fedeli il *Te Deum* della liberazione: un *Te Deum* di ringraziamento all'Altissimo, un *Te Deum* di giubilo, perchè il popolo tedesco, anche nei suoi membri erranti, avrà ritrovato il cammino del ritorno-alla religione, con una fede purificata dal dolore, piegherà di nuovo il ginocchio dinanzi al Re del tempo e dell'eternità, Gesù Cristo, e si accingerà in lotta contro i rinnegatori e i distruttori dell'occidente cristiano, in armonia con tutti gli uomini ben pensanti delle altre nazioni, a compiere la missione, che gli hanno assegnato i piani dell'Eterno.

Egli, che scruta i cuori e i reni *(Salmo* 7, 10) Ci è testimonio che *Noi* non abbiamo aspirazione più intima che quella del ristabilimento di una vera pace tra la Chiesa e lo Stato in Germania. Ma se, senza colpa Nostra, la pace non verrà, la Chiesa di Dio difenderà i suoi diritti e le sue libertà, in nome dell'Onnipotente, il cui braccio anche oggi non si è abbreviato. Pieni di fiducia in lui « non cessiamo di pregare e di invocare » *(Coloss.,* 1, 9) per voi, figli della Chiesa, aftinché i giorni della tribolazione vengano accorciati, e voi siate trovati fedeli nel dì della prova; e anche ai persecutori e agli oppressori possa il Padre di ogni luce e di ogni misericordia concedere l'ora del ravvedimento per sè e per i molti che insieme con loro hanno errato ed errano.

Con questa implorazione nel cuore e sulle labbra, Noi impartiamo, quale pegno del divino aiuto, quale appoggio nelle vostre decisioni difficili e piene di responsabilità, quale corroboramento nella lotta, quale conforto nel dolore, a Voi Vescovi, pastori del vostro fedele popolo, ai sacerdoti, ai religiosi, agli apostoli laici dell'Azione Cattolica e a tutti i vostri diocesani, e non ultimi agli ammalati e ai prigionieri, con amore paterno la Benedizione Apostolica.

Dato in Vaticano nella Domenica di Passione, 14 marzo 1937.

PIUS PP. XI

II

EPISTULA ENCYCLICA

AD VENERABILES FRATRES ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS FOEDERATARUM MEXICI CIVITATUM PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES '. DE REI CATHOLICAE IN MEXICO CONDICIONE.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Firmissimam constantiam plane cognitam habemus, grato cum solacio animi Nostri paterni, qua vos, Venerabiles Fratres, sacerdotes et plerique fideles Mexicani catholicam fidem profitemini atque iniquis pbsistitis vexationibus eorum, qui, divinam Christi religionem penitus ignorantes, aut per hostium calumnias depravatam dignoscentes, frustra arbitrantur, se nequire sociales in populi utilitatem reformationes peragere, nisi religioni maximae partis civium repugnando.

At vero christiani nominis inimici, quamvis perpauci, multos profecto sibi homines dévinxere, qui, seu fide torpentes, seu fracti demissique animo, dum Deum in conscientiae penetralibus adorant, timore tamen amittendae hominum aestimationis aut terrestrium maiorum formidine perculsi, actione sua vel saltem negligentia haud parum conferunt ad radicitus evellendam christianam e populo religionem, quae tot tamque egregias laudes eidem comparavit.

Prae miseranda horum a fide defectione vel trepidatione, de quibus Nos intime vehementerque dolemus, laudabiliora sane exstant mentisque insigniora intrepida mali recusatio, christianae exercitatio vitae et libera fidei professio a compluribus fidelibus exhibita, quibus vos, Venerabiles Fratres, praelucente splendido vitae vestrae exemplo, pastorali sollicitudine moderamini. Hoc quidem moerentem animum Nostrum solatur, hoc magnam Nobis affert spem de futuro bono Mexicanae Ecclesiae, quae, heroicis virtutibus roborata, et precibus doloribusque tot electorum animorum innixa, numquam erit peritura, immo vero validior ac florentior, iuvante Deo, revirescet.

Itaque, ut vestram divini praesidii fiduciam adaugeamus, novosque vobis spiritus ad rationem christianae vitae alacrius prosequendam addamus, hanc vobis Epistolam mittendam censuimus, qua vos iterum admonemus, in praesentibus rerum adiunctis atque difficultatibus, istic quoque auxilia ad christianos mores redintegrandos omnino necessaria

imprimis esse sacerdotum sanctitatem ac deinde talem laicorum institutionem, quae eos cum Ecclesiae Hierarchia consociet tamquam adiutores in apostolatu obeundo. Haec autem laicorum cum clero collaboratio in Mexico maxime expostulatur, tum ob regionis amplitudinem, tum propter peculiaria rerum adiuncta omnibus nota. atque perspicua.

Nostra igitur cogitatio primo ad eos convertitur, qui esse debent lux quae illuminet, sal qui servet, bonum fermentum, quod totam permeet massam fidelium: ad vestros nempe sacerdotes.

Haud profecto ignoramus, quot curis laboribusque vos, Venerabiles Fratres, in ecclesiasticas vocationes discernendas fovendasque, inter omne genus difficultates, incumbatis, id prorsus rati, de re ipsa i|gi, quae ad Ecclesiae istius conservationem atque incrementum apprime spectet. Quum enim in praesenti sacra Seminaria nequeant istic tranquille et ordinate vivere, nedum florere, vos in hac- alma Urbe vestris clericis invenistis liberale ac perhumanum hospitium in Collegio Pio Latino Americano, quod tot sacerdotes bene de Ecclesia merentes ad virtutem doctrinamque finxit ac fingit, ita ut Nobis, ob frugiferam ipsius operam, sit admodum earum. Illis vero haud paucis clericis, qui, usque Eomam commigrare nequeant, vos itidem in praeclara proxima natione hospitale refugium apparare studuistis.

De eiusmodi incepto, quod nunc in rem feliciter deducitur, vobis, Venerabiles Fratres, libenter gratulamur, cunctisque iis, qui generosam hospitalitate»! vel alia adiumenta praebuere, benevolum gratumque animum Nostrum rursus profitemur.

[1] Paterna autem instantia, hanc nacti occasionem, iterum iterumque vos adhortamur, ut non modo adolescentibus clericis, sed omnibus quoque sacerdotibus, congruenter explicentur atque illustrentur Litterae Nostrae Encyclicae *Ad catholici sacerdotii,* quae mentem Nostram exhibent de re inter ceteras graves, a Nobis declaratas, longe gravissima.

Instituti ita secundum Cor Christi, sacerdotes Mexicani intelligent, in hisce patriae suae condicionibus, — quas quidem iam memoravimus per Epistolam Apostolicam *Paterna sane sollicitudo,* die II mensis februarii, anno MDCCCCXXVI datam, quaeque in memoriam revocant ipsa Ecclesiae primordia, quum Apostoli auxiliatricem laicorum operam manifeste exquirebant, — perarduum esse tot animas Deo comparare, sine idoneo laicorum per Actionem Catholicam auxilio; eo vel magis, quod inter illos haud raro favente Dei gratia excitantur generosi, qui, si sancti eruditique Dei ministri animos ipsorum intime perspiciant prudenterque regant, prompti sunt ac parati ad actuosam frugiferamque operam clero praestandam.

- Sacerdotibus ergo Mexicanis, qui Iesu Christo eiusque Ecclesiae in bonum animarum totam vitam mancipavere, primam fervidamqüe referimus hortationem, ut Nostris vestrisque sollicitudinibus libenter obsecundantes, in Catholicae Actionis progressionem omnes curas viresque impendant.

Neque enim viae ac rationes, quibus laici apostolicae vestrae actioni studium afferant, umquam deficient, si sacerdotes christianum populum excolere studuerint, sapienti quidem moderamine ac per diligenti religionis institutione, quae sit non vaniloquiis redundans, sed e Sacris Litteris exhausta, solidaque flagrans pietate.

Verum quidem est, necessitatem huius laicorum catholicorum apostolatus non omnes plane perspectam habere, quamquam usque a primis Litteris Encyclicis *Ubi arcano Dei* expresse ediximus, Actionem Catholicam ad pastorale ministerium vitamque christianam omnino pertinere. At, quum alloquamur, uti iam innuimus, sacros Pastores, qui gregem ita probatum atque interdum dispersum recuperare debeant, vobis instanter suademus, ut laicorum opera utamini, quibus, tamquam Domus Dei lapidibus vivis, ipse beatissimus Petrus arcanam quandam agnovit dignitatem, per quam sanctum et regale sacerdotium quodammodo participant. [1]

Quilibet enim christianus, qui suam dignitatem intelligat suamque condicionem perpendat filii Ecclesiae membrique Corporis mystici Iesu Christi, « multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra » , [2] nullo modo ignorare potest, inter huius Corporis membra reciprocam vitae communicationem mutuamque rationum participationem adesse oportere. Hac de causa, suam quisque debet operam collocare ad vitam profectumque totius compaginis fovenda, « in aedificationem Corporis Christi », inque eiusdem Capitis glorificationem.[3]

Ex hisce claris simplicibusque principiis, quam luculentae normae, quam fortia incitamenta erui possunt, ut plures fideles, adhuc ancipites et pavidi, certam tutamque viam pro sua pietate inveniant, ad fovendam animarum salutem ad regnum Christi late propagandum!

Ceteroquin apostolatus ita intellectus, uti haud difficulter coniicitur, non e naturali quodam ad agendum impulsu proficiscitur, sed e solida animi institutione efflorescit, fervido alitur amore erga Iesum Christum animasque eius sanguine pretioso redemptas, exerceturque, ad Magistri ipsius exemplum, assidue Deum precando, se ipsos abnegando, proximis benefaciendo. Hoc sane studium imitandi Christum explicabitur per va-

[1] ***I Petr.,*** n. **9.**

[2] ***Rom.,*** **XII,** 5.

[3] **Cfr.** ***Ephes.,*** **IV,** 12-16.

rias apostolatus formas, in omni rerum condicione, ubicumque periclitatur animae vel divini Regis iura laeduntur, ita ut Actio Catholica proferatur ad omnia apostolatus opera, quae ad divinam Ecclesiae missionem quoquo modo attineant, salutarem vim suam exserens, non modo in cuiusque fidelis animo, verum etiam in domestico convictu, in scholarum disciplina, in civili ipsa consortione.

Neque vero muneris amplitudo suadere vobis debet, ut numerum potius prosequamini, quam virtutem sociorum laboris; sed, quemadmodum Magister divinus post longam praeparationem paucos sane annos in apostolatu peregit, neque multos in Apostolicum collegium socia vit, sed lectos viros, qui Regnum ipsius in orbe terrarum constabilirent, ita et vos, Venerabiles Fratres, ante omnia curare debetis, ut Actionis Catholicae moderatores et praecones ad principia supernaturalia penitus conformentur, quin anxietate afficiamini, si principio « pusillus grex »[4] tantummodo exsistat. Et quoniam vos hanc rationem secutos iam esse perno vim us, paterne vobis gratulamur, quod selegistis prudenter accuratoque instituistis idoneos socios, qui exemplo et verbo pietatis fervorem studiumque apostolatus in dioecesibus inque paroeciis late excitare queant.

Vestrum eiusmodi opus non magno sonitu tubarum que clangore resultabit, sed sensim sine sensu laetos uberesque fructus suo tempore afferei; ad seminis instar, quod in occulto figit alte radices, gradatimque crescit usque ad arborem florentem patentemque.

Institutio autem spiritualis interiorque vita, quas in vestris hisce adiutoribus fovendas curatis, impedient profecto, quominus iidem in subita incidant pericula, a **Tectaque** via declinent. Inspecto enim supremo Catholicae Actionis fine, qui est, iuxta illud Evangelii « quaerite primum Regnum Dei », [5] animarum sanctificatio, numquam periculum aderit, ne finibus immediatis secundariisque principia ipsa post habeantur, neque in oblivionem umquam dabitur, fini illi supremo opera quoque socialia et oeconomica, aliaque incepta caritatis, ordinate esse subiicienda. Hoc profecto nos docuit exemplo Iesus Christus, qui, quum ipsas corporum infirmitates sanaret, necessitatibusque naturalis vitae consuleret, liberalitatem divini Cordis effundens iis dictis « Misereor super turbam... si dimisero ieiunos in domum suam, deficient in via », [6] semper ad supremum suae missionis finem spectavit, id est ad gloriam Patris sui, ad salutem animarum sempiternam.

[4] **Luc, XII, 32.**

[5] **Luc, XII, 31.**

[6] MARC, **VIII, 2-3.**

Neque igitur Actio Catholica negligere debet opera quae dicuntur socialia, quippe quae in rem deducant iustitiae caritatisve principia, aditumque praebeant, quum corporum necessitatibus occurrant miserorumque allevent aerumnas, ad animas plurimorum excolendas. Quod sane Nos Ipsi, ut Decessor Noster fel. rec. Leo XIII, pluries commendavimus. Attamen, si Actio Catholica instruere debet idoneos socialium operum moderatores, qui ad normas et praescripta in Litteris Encyclicis statuta munera sua sustineant, ipsa quidem non debet sese implicare neque respondere de rationibus technicis, nummariis atque oeconomicis, quae fines et competentiam ipsius praetergrediuntur.

Adversus vero criminationes, quae Ecclesiae crebro inferuntur, tamquam si ipsa iners sit aut incapax ad causas sociales solvendas, indesi-f nenter instandum est, solam doctrinam operamque Ecclesiae, divino Conditore iugiter praesente, gravissimis malis humanum genus torquentibus mederi efficaciter posse.

Vestrum itaque est, ut inceptis ipsis significastis, ex hisce frugiferis principiis certas deducere normas ad graves dirimendas in re sociali quaestiones, quae vestram patriam perturbant, ut quaestio agraria cum latifundiorum reductione, ut necessitas erigendi et recreandi, quoad vitae condiciones, omnes, qui labori incumbunt, eorumque familias.

Integris quidem iuribus hominum primariis ac fundamentalibus, quod ad essentiam pertinet, ideoque salvo, exempli gratia, iure proprietatis, admonendum vobis est, bonum ipsum publicum quandoque expostulare, ut eiusmodi iura coangustentur, et saepius, quam in praeterito, iustitiae socialis normae in rem adducantur. Ad tuendam praeterea personae humanae dignitatem, urget aliquando officium aperte denuntiandi et reprobandi iniustas atque indignas vitae condiciones; at cavendum omnino est, hisce in casibus, ne, sub praetextu malis populi medendi, violentia approbetur, neve foveantur repentinae illae ac turbulentae saecularium societatis condicionum permutationes, quae exitus habeant funestiores malis ipsis, quibus sit occurrendum. Ad quaestiones sociales consilia et opera vestra impendentes, necessario quoque vos animos convertetis ad sortem tot miserorum opificum, qui, vehementer allecti splendidis utilitatum pollicitationibus, quae veluti praemia apostasiae proponuntur, a Deo eiusque Ecclesia haud raro deficiunt.

Quod si opifices ex animo diligitis, — et singulariter iidem vobis diligendi sunt, quia per laboriosam vitam divino Magistro adsidue operoso clare assimilantur, — auxiliis tum temporalibus tum spiritualibus adesse illis debetis, sive efficiendo, ut eosdem tueatur iustitia commutativa et socialis, quae omni ope rationem vitae proletariorum allevet, sive iis

largiendo religiosas vires et solamina, sine quibus ipsi in sordidum vilemque materiae cultum prolabuntur.

Officium pariter grave atque urgentis necessitatis vobis incumbit, religiose nempe et oeconomice adsistendi iis, qui « campesinos » istic appellantur, itemque haud paucis filiis vestris, maiore ex parte agricolis, quibus populus Indorum constat. Sunt profecto innumerae animae, quas ipsas Christus Dominus redemit ac vestrae pastorali curae concredidit, de quibus aliquando a vobis rationem postulabit; sunt innumeri homines, qui tot vitae angustiis plerumque affiictantur, ut ne humanam quidenr dignitatem possint tueri. Vos ergo obsecramus, Venerabiles Fratres, in visceribus caritatis Christi, ut peculiarem istorum curam habeatis, clerum praecipue urgendo, ut maiore in dies studio iisdem providere velit, Actionemque Catholicam infiammando ad hanc veluti redemptionem spiritualem ac temporalem persolvendam.

Neque silentio premere possumus aliud quoque officium, quod postremis hisce annis maioris momenti videtur, curam scilicet Mexicanorum, qui in exteras terras demigravere; hi enim, a patriis terris moribusque avulsi, facilius nequam emissariorum praeda efficiuntur, inque summo amittendae fidei periculo versantur.. Si igitur consilia contuleritis cum vestris in Episcopatu fratribus, qui in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis regunt Ecclesias tot piis operibus institutisque socialibus florentes, maiore sollicitudine atque industria remotis a patria fidelibus consultum erit.

Quod si Actio Catholica humilibus classibus auxilioque maxime egentibus, ut opificum, agricolarum ac domo emigrantium, adesse et favere debet, nihilominus alios quoque campos excolere omnino tenetur. Itaque sollers cura adhibenda est de scholarum alumnis, qui ad liberales artes profitendas instruuntur atque interdum ad publicos honores apparantur, magnam plerumque auctoritatem in civili societate habituri. Propterea eiusmodi adulescentes, non modo, ut ceteri fideles, doctrina usuque ad christiana praecepta formandi sunt, verum altiore quoque disciplina atque educatione instituendi, nec non christiana roborandi philosophia, quae ad veritatem dicitur perennis. Hodie enim sincera ac religiosa institutio temporibusque respondens perquam necessaria videtur, inspecta tum contraria inque dies crebrescente aevi inclinatione ad ea, quae specie tenus aestimantur, tum repugnantia quotidie frequentiore ad cogitandum ad seque recolligendum, ita ut non pauci, in religiosis quoque officiis obeundis, subito potius animi affectu, quam mentis iudicio ducantur.

Id igitur, quod Actio Catholica in aliis nationibus percommode facit,

ut religiosa animorum institutio atque informatio inter litteratis- adulescentes et laureatos catholicos primas partes habeat, valde optamus, Ut etiam apud vos, congruenter ipsis patriae vestrae condicionibus ac necessitatibus, pro viribus efficiatur.

Minime autem dubitamus, quin Universitatum studiorum alumni, Actioni Catholicae istic adscripti, Nostris votis optatisque plane respondeant. Isti enim, pro variis Ipeorum adiunctis, alii aliam consociationis structuram mutuantes, tamquam selecta ac praevalida pars Catholicae ipsius Actionis, non modo spem por tendunt aevi melioris, sed iam nunc de Ecclesia civilique societate egregie mereri possunt, seu quod apostolatum inter condiscipulos gerant, sive quod varias partes et multiplicia Actionis Catholicae instituta prudenter sagaciterque regant.

Status ipse, qui nunc est, istius nationis Nobis suadet, ut ad memoriam vestram revocemus, quanto studio necesse sit aetatem tueri puerilem, cuius innocentiae tot * struuntur insidiae, cuiusque morum ad christiana praescripta conformatio perardua effecta est. Qua in re catholicis Mexicanis duo potissimum incumbunt ofiicia : alterum, quod appellant, negativum, ut pueri ab impia et corruptrice schola omni virium contentione arceantur; alterum positivum, ut religiosa adsistentia instructioque iisdem sedulo praebeatur. De priore autem officio, tanti ponderis tantaeque difficultatis, mentem Nostram iam nuper quoque significavimus. Quod attinet vero ad religiosam institutionem, licet vos sacris administris fidelibusque eam instanter iam commendasse pernovimus, tamen, pro summa huius rei necessitate, iterum vos commoiiefactos volumus, ut in omnibus dioecesibus, sicut in quibusdam tam laudabiliter fit, sacerdotes et sodales Actionis Catholicae, nulli curae laborique parcentes, acerrime intendant ad servandos Deo Ecclesiaeque eiusmodi parvulos, erga quos Salvator divinus tantam prae ceteris dilectionem apertissime tulit.

Futura porro condicio puerorum atque adulescentium, qui nunc forent, — iterum vobis edicimus summa cum paterni cordis aegritudine, — Nos vehementer angit atque sollicitat. Manifesta sunt enim pericula, quibus nunc quum maxime pueritia atque adulescentia obiiciuntur, ubique sane gentium, at eo magis in Mexico, ubi tot scripta typis edita doctrinas religioni moribusque adversas late diffundunt, imperitosque iuvenes ad defectionem a Iesu Christo improbe impellunt. Quo itaque tanta ruina impediatur et pericula iuventae imminentia mature avertantur, statim adhibenda sunt legalia omnia adiumenta, ut Foedera patrumfamilias, ut Comitatus moralitatis et vigilantiae circa scripta in vulgus edita, ut Comitatus censurae de rebus cinematographicis.

Quo autem singuli arceantur a malo, nullum profecto tutius praesidium exstare videtur, ut experimenta ubique terrarum facta Nobis clare testantur, quam si ii Actioni Catholicae adscribantur, ubi praeclara virtutis et castimoniae habetur educatio, ubi peridonea christianae fortitudinis palaestra constituitur. Isti sane adulescentes, excelsa christianae vitae perfectione suaviter allecti, ac superno roborati auxilio, quod preces et suscepta sacramenta arcessunt, libenter alacriterque suorum sodalium animos Deo comparabunt, laetam fructuum segetem percepturi.

Hoc plane confirmat, prae gravissimis Mexici necessitatibus, Catholicam Actionem nequaquam dici posse minoris momenti opus; ita ut si ipsa, quae animos ad officiorum conscientiam et ad virtutem informat, aliis operositatis generibus utcumque postponeretur, etiam si ageretur de libertatibus ordinis religiosi civilisque tuendis, miserandus error committeretur, quia Mexicanorum salus, sicut cuiusque humanae consociationis, imprimis posita est in doctrina Evangelii immutabili atque aeterna, inque moribus sincere integreque christianis.

Proposita eiusniodi aestimandarum rerum mensura, concedendum sane est, ad christianam vitam explicandam, externa quoque subsidia, quae sensibus percipiuntur, esse necessaria, pariterque Ecclesiae, tamquam hominum societati, opus omnino esse, ad vitae usuram atque incrementum, iusta agendi libertate, ipsosque fideles iure gaudere in societate civili vivendi ad rationis conscientiaeque praescripta.

Consequens ergo est, ut, quum nativae libertates ordinis religiosi civilisque impugnentur, cives catholici id perferre patique non possint. Attamen horum quoque iurium libertatumque vindicatio, pro diversis rerum adiunctis, magis vel minus opportuna, magis vel minus vehemens esse potest.

Vos autem ipsi, Venerabiles Fratres, pluries fideles vestros docuistis, Ecclesiam, etiam cum gravi suo incommodo, pacis atque ordinis fautricem esse, omnemque iniustam rebellionem vel violentiam contra constitutas potestates condemnare. Ceterum apud vos affirmatum quoque est, si quando potestates ipsae iustitiam ac veritatem manifeste impugnent, ita ut vel fundamenta auctoritatis evertant, non videri cur improbari debeant cives illi, qui in unum coalescant ad tuendos semet ipsos nationemque servandam, licita atque idonea auxilia adhibentes contra eos, qui imperio abutantur ad rem publicam labefactandam.

Quod si huius quaestionis solutio a singularibus rerum adiunctis necessario pendet, nonnulla tamen principia sunt in lumine collocanda :

1. Vindicationes eiusmodi rationem medii seu finis relativi habent, non finis ultimi atque absoluti.

'2. Eaedem, tamquam media, esse debent actiones licitae, neque intrinsece malae.

3. Quum ipsas ad finem idoneas et adaequatas esse oporteat, eatenus adhibendae sunt, quatenus ad propositum finem ex integro vel ex parte conducant, ita tamen, ut maiora damna communitati et iustitiae non afferant, quam ipsa damna resarcienda.

4. Usus vero talium mediorum et plenum civilium politicorumque iurium exercitium, quum causas quoque ordinis mere temporalis technicique aut violentae defensionis complectantur, non attingunt directe munus Catholicae Actionis, licet ad eandem officium pertineat catholicos viros instruendi ad propria iura recte exercenda, eademque ex communis boni necessitate iustis modis vindicanda.

5. Clerus et Actio Catholica, — quum ob missionem pacis amorisque sibi concreditam omnes homines « *in vinculo pacis* »[7] devincire teneantur, — plurium ad nationis prosperitatem conferre debent, tum civium classiumque coniunctionem maxime fovendo, tum obsecundando omnibus socialibus inceptis, quae a Christi doctrina moralique lege non discordent.

Ceterum huiusmodi operositas Mexici catholicorum, claro nobilique consilio peracta, eo feliciores exitus consequetur, quo magis catholici ipsi ante oculos habebunt eam supernaturalis vitae cognitionem, religiosamque morum institutionem illudque ad Regnum Christi dilatandum studium, quae Actio Catholica tradenda sibi proponit.

Si igitur fideles unanimes, libertatem sibi a Christo vin dicatam[8] abdicare nolentes, inter se consociaverint, quae umquam humana potestas aut vis eos peccato mancipaverit? quodnam periculum., quaenam persecutio tam fortia pectora separaverint a caritate Christi?[9]

Haec autem perfecti christiani civisque institutio, in qua vis supernaturalis cunctas eius dotes actionesque nobilitai atque extollit, multum quoque confert, ut facile intelligitur, ad civica et socialia officia recte persolvenda. Contra hostes Ecclesiae iam ipse Augustinus fortiter affirmavit : ((Qui doctrinam Christi adversam dicunt esse reipublicae ... dent tales provinciales, tales maritos, tales coniuges, tales parentes, tales filios, tales dominos, tales servos, tales reges, tales iudices ... quales esse praecipit doctrina christiana, et audeant eam dicere adversam esse reipublicae, immo vero dubitent confiteri magnam, si ei obtemperetur, salutem esse reipublicae » .[10]

[7] *Ephes..,* **IV, 8.**

» *Gal.,* **IV, 31.**

[9] **Cfr.** ***Rom.,*** **VIII, 35.**

[10] *Epist.* ***1SS*** *ad .Marcellinum,* **c. 2, n. 15.**

Quapropter catholicus civis, quum de Ecclesiae patriaeque bono agatur, probe cavebit, verbi gratia, ne iure suffragii utendo abstineat; neque profecto umquam exstabunt Christi fideles, qui ad civilia et politica iura exercenda in plures disiungantur factiones, quandoque inter se miserabiliter contendentes, vel ecclesiasticae auctoritatis normis repugnantes. Ita enim augeretur confusio viriumque dissipatio in detrimentum Actionis Catholicae et causae ipsius, quae illis tuenda esset.

Mentionem iam fecimus de inceptis, quae extra Catholicam Actionem sunt, quamvis cum ea minime discordantia, ut opera quae a partibus politicis vel ab institutis mere oeconomicis socialibusque absolvuntur. Sed plura alia exstant incepta atque consociationes, — ut Foedera patremfamilias ad tuendam scholasticam libertatem religiosamque institutionem, Sodalitas civium ad familiam, nuptiarumque sanctitudinem moresque publicos integre servanda — quae per Actionem Catholicam explicari possunt, eiusque centrali moderamine fulciri. Quandoquidem Actio Catholica non in orbe quodam clauso versatur, sed veluti e fonte circum luce et calore latissime radiante, alia quoque incepta aliasque institutiones auxiliares congruenter disponit, quae, licet quadam autonomia iustaque agendi libertate ad particularem cuiusque finem necessaria fruantur, generales tamen normas regulasque communes sequantur oportet. Hoc praecipue expostulatur a vestra tam ampla natione, in qua propter locorum necessitatumque varietatem fieri potest, ut, integris communibus principiis, diversae structurae formae adhibeantur, et aliae alibi eiusdem causae solutiones, aeque tamen iustae, re ipsa oriantur.

Vestrum plane est, Venerabiles Fratres, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, quae in hisce casibus agenda sint pressius decernere, fideliumque vestrorum erit decretis vestris libenter fideliterque parere. Quod certe Nobis magnopere cordi est, quia recta intentio atque oboedientia sunt, omni tempore omnique loco, condiciones prorsus necessariae ad superna auxilia pastorali officio Actionique Catholicae devocanda, simulque ad efficiendam communem quandam agendi rationem viriumque coniunctionem, sine quibus apostolatus omnino caret fecunditate. Obsecramus igitur etiam atque etiam probos Mexici catholicos, ut oboedientiam ac disciplinam diligant colant que : « Oboedite praepositis vestris et subiacete eis. Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri».[11] Hilaris autem esto oboedientia, ad virtutes optimas excitatrix. Qui enim aegre, veluti coactus, oboedit, internam animi indignationem erfunden s in acerbas censuras adversus prae-

[11] *Hebr.*, **XIII, 17.**

positos laborumque socios, et contra ea quae ipsius optatis répugnent, divinos favores avertit, disciplinae frangit robur et ubi est aedificandum destruit.

Praeter oboedientiam et disciplinam memorare Nobis placet alia quoque universae caritatis officia, in ipso capite quarto epistulae S. Pauli ad Ephesios, de quo supra mentionem fecimus, declarata, quae Actionis Catholicae sociis, tamquam norma praecipua, proferenda videntur: « Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis ... cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et unus Spiritus ».[12]

Carissimos ergo Mexici filios, qui tantam curarum sollicitudinumque Nostri Pontificatus partem constituunt, rursus vehementerque adhortamur ad unitatem, ad caritatem, ad pacem, in laborioso apostolatu Catholicae Actionis, quae Mexico Christum restituet ac terrenam insuper conciliabit prosperitatem.

Nostra eiusmodi vota Nostrasque preces ad pedes reverenter deponimus caelestis vestrae Patronae, quam sub titulo Nostrae Dominae *de Guadalupe* invocatis, quaeque in celeberrimo Sanctuario isto boni cuiusque Mexicani amorem et venerationem iugiter excitat. Deiparam ipsam, quae sub eodem titulo pie recolitur in alma Urbe, in qua Nos paroeciam quoque in eius honorem condidimus, impense efflagitamus, ut Nostris vestrisque votis materna gratia obsecundans, a Deo omnipotenti omnia fausta ac felicia Mexico obtineat cum pace Christi in Regno Christi.

Hoc quidem animo, 'hac fiducia erecti, vobis, Venerabiles Fratres, vestris sacerdotibus, Actionis Catholicae sociis, omnibus fidelibus, nec non universae nobili Mexicanae nationi, Apostolicam Benedictionem effusa in Domino caritate impertimus.

Esto Nostra haec Epistula, in Paschate Christi Resurrectionis data, pignus spiritualis patriae vestrae resurrectionis auspiciumque paternum, ita ut, quemadmodum vos passionis Christi socii fuistis, aeque sitis participes eiusdem resurrectionis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvin mensis martii, Dominica Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, anno MDCCCCXXXVII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XI

[12] *Ephes.,* **IV, 1-4.**

CARTA APOSTOLICA

DE SU SANTIDAD EL PAPA PIO XI AL EPISCOPADO MEJICANO: SOBRE LA SITUACIÓN RELIGIOSA.

VENERABLES HERMANOS
SALUD Y BENEDICION APOSTÓLICA

Nos es muy conocida y para Nuestro Corazón Paternal gran motivo de consuelo, vuestra constancia, la de vuestros Sacerdotes y la de la mayor parte de los fieles mejicanos en profesar ardientemente la fe católica, y en resistir a las imposiciones de aquellos que, ignorando la divina excelencia de la religión de Jesucristo, y conociéndola sólo a través de las calumnias de sus enemigos, se engañan creyendo no poder hacer reformas favorables al pueblo si no es combatiendo la religión de la gran mayoría.

Pero por desgracia los enemigos de Dios y de Jesucristo han logrado atraer aun a muchos tibios o tímidos, los cuales, si bien adoran a Dios en lo íntimo de sus conciencias, sin embargo, sea por respeto humano, sea por temor de males terrenos, se hacen, al menos materialmente, cooperadores de la descristianización de un pueblo que debe a la religión sus mayores glorias.

Contrastando con tales apostasías o debilidades, que Nos afligen profundamente, se Nos hace todavía más laudable y meritoria la resistencia al mal, la práctica de la vida cristiana y la franca profesión de Fe de aquellos numerosísimos fieles que Vosotros, Venerables Hermanos, y con Vosotros Vuestro Clero, ilumináis y guiáis, dirigiéndolos con la solicitud pastoral y precediéndoles con el espléndido ejemplo de Vuestra vida. Esto Nos consuela en medio de Nuestras amarguras, y engendra en Nos la esperanza de días mejores para la Iglesia Mejicana, la cual, reanimada con tanto heroísmo, y sostenida por las oraciones y sacrificios de tantas almas escogidas, no puede perecer, antes bien florecerá más vigorosa y lozana.

Y precisamente para reavivar vuestra confianza en el auxilio divino, y para animaros a continuar en la práctica de una vida cristiana y fervorosa, os dirigimos esta carta, y Nos valemos de esta ocasión para recordaros cómo, en las actuales difíciles circunstancias, los medios más eficaces para una restauración cristiana son, también entre Vosotros, antes de todo la santidad de los Sacerdotes, y en segundo lugar una formación de

los seglares tan apta y cuidadosa que los haga capaces de cooperar fructuosamente al apostolado jerárquico, cosa tanto más necesaria en Méjico cuanto más lo exigen la extensión de su territorio y las demás circunstancias del país, a todos conocidas.

Por eso, nuestro pensamiento se fija en primer lugar en aquellos que deben ser luz que ilumina, sal que conserva, fermento bueno que penetra toda la masa de los fieles; quiero decir, Vuestros Sacerdotes.

En verdad, Nos sabemos con cuánta tenacidad, y a costa de cuántos sacrificios procuráis la selección y el desarrollo de las vocaciones sacerdotales, en medio de toda clase de dificultades, íntimamente persuadidos de que así resolvéis un problema vital, mejor dicho, el más vital de todos los problemas relativos al porvenir de esa Iglesia. En vista de la imposibilidad casi absoluta de tener actualmente en Vuestra Patria Seminarios bien organizados y tranquilos, habéis encontrado en esta Alma Ciudad para Vuestros Clérigos, un refugio amplio y afectuoso en el Colegio Pío Latino Americano, el cual ha formado y sigue formando en ciencia y virtud a tantos beneméritos Sacerdotes, y que por su labor inapreciable Nos es particularmente querido. Pero, siendo casi imposible en muchísimos casos enviar Vuestros alumnos a Boma, habéis trabajado solícitamente por hallar un asilo en la hospitalidad de una gran Nación vecina.

Al congratularnos con Vosotros por tan laudable iniciativa, que está ya convirtiéndose en consoladora realidad, expresamos de nuevo Nuestra gratitud a todos aquellos que tan generosamente os han brindado hospitalidad y ayuda.

Y con esta ocasión recordamos con paternal insistencia Nuestra voluntad expresa de que se dé a conocer y se explique convenientemente, no sólo a los Clérigos, sino a todos los Sacerdotes, nuestra Encíclica : *Ad Catholici Sacerdotii,* la cual expone Nuestro pensamiento en esta materia, que es la más grave y transcendental entre todas las materias graves y transcendentales por Nos tratadas.

Formados así los Sacerdotes Mejicanos según el Corazón de Jesucristo, sentirán[5] que en las actuales condiciones de su Patria (de las cuales ya hablamos en Nuestra Carta Apostólica *Paterna sane sollicitudo* del 2 de febrero de 1926), que son tan semejantes a las de los primeros tiempos de la Iglesia — cuando los Apóstoles recurrían a la colaboración de los seglares — sería muy difícil reconquistar para Dios tantas almas extraviadas, sin el auxilio providencial que prestan los seglares mediante la Acción Católica. Tanto más que entre éstos prepara a veces la Gracia almas generosas prontas a desarrollar la más

fructuosa actividad si encuentran un Clero docto y santo que sepa comprenderlas y guiarlas.

Así que, a los Sacerdotes Mejicanos, que han dedicado toda su vida al servicio de Jesucristo, de la Iglesia y de las almas, es a quienes dirigimos este primero y más caluroso llamamiento, para que se decidan a secundar Nuestra solicitud y la Vuestra por el desarrollo de la Acción Católica, dedicando a ella las mejores energías y la más cuidadosa diligencia.

Los métodos de una eficaz colaboración de los seglares a Vuestra acción en el apostolado no saldrán fallidos, si los sacerdotes se emplean con diligencia en cultivar al pueblo cristiano con una sabia dirección espiritual y con una esmerada instrucción religiosa, no diluida en discursos vanos, sino nutrida de sana doctrina tomada de las Sagradas Escrituras y llena de unción y de fuerza.

Es verdad que no todos comprenden de lleno la necesidad de este santo apostolado de los seglares a pesar de que, desde nuestra primera Enciclica, *UM Arcano Dei,* Nos declaramos que indudablemente pertenece al ministerio pastoral y a la vida cristiana. Pero ya que, como hemos indicado, Nos dirigimos a Pastores que deben reconquistar una grey tan vejada y en cierto modo dispersa, hoy más que nunca os recomendamos que os sirváis de aquellos seglares a los cuales, como a piedras vivas de la santa casa de Dios, S. Pedro atribuía una recóndita dignidad que los hace en cierto modo partícipes de un sacerdocio santo y real.

En efecto, todo cristiano consciente de su dignidad y de su responsabilidad como hijo de la Iglesia y miembro del Cuerpo místico de Jesucristo — « multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra » (Rom., 12, 5) — no puede menos de reconocer que entre todos los miembros de este cuerpo debe existir una comunicación recíproca de vida, y solidaridad de intereses.

De aquí las obligaciones de cada uno en orden a la vida y al desarrollo de todo el organismo « in aedificationem Corporis Christi » ; de aquí también la eficaz contribución de cada miembro a la glorificación de la Cabeza y de su Cuerpo místico (Eph., 4, 12-16).

De estos principios claros y sencillos, ¡qué consecuencias tan consoladoras, qué orientaciones tan luminosas brotan para muchas almas, indecisas todavía y vacilantes, pero deseosas de orientar sus ardorosas actividades! ¡qué impulsos para contribuir a la difusión del Reino de Cristo y la salvación de las almas !

Por otra parte, es evidente que el apostolado así entendido no proviene de una tendencia puramente natural a la acción, sino que es fruto

de'una sólida formación interior, es la expansión necesaria de un amor intenso a Jesucristo y a las almas redimidas con su preciosa sangre, que le lleva a imitar su vida de oración, de sacrifìcio y de celo inextinguible.

Esta imitación de Jesucristo suscitará multiplicidad de formas de apostolado en los diversos campos donde las almas están en peligro, o se hallan comprometidos los intereses del divino Rey, se extenderá a todas las obras de apostolado, que de cualquier manera caigan dentro de la divina misión de la Iglesia, y por consiguiente penetrará no solamente en el ánimo de cada uno de los individuos, sino también en el santuario de la familia, en la escuela y aun en la vida pública.

Pero la magnitud de la obra no debe hacer que os preocupéis más del número que de la calidad de los colaboradores. Conforme al ejemplo del divino Maestro, que quiso precediera a unos pocos años de su labor apostólica una larga preparación, y se limitó a formar en el Colegio Apostólico no muchos, pero sí escogidos instrumentos, para la futura conquista del mundo; así también Vosotros, Venerables Hermanos, procuraréis en primer lugar la formación sobrenatural de Vuestros directores y propagandistas, sin preocuparos ni afligiros demasiado porque sean a los principios un «pusillus grex ».

Y pues sabemos que estáis ya trabajando en esté sentido, os expresamos Nuestra complacencia por haber ya escogido escrupulosamente y formado con diligencia buenos colaboradores que, juntamente con la palabra y con el ejemplo, llevarán el fervor de la vida y del apostolado cristiano a las diócesis y a las parroquias.

Este trabajo Vuestro ha de ser sólido y profundo, ajeno a la notoriedad y al aparato, enemigo de métodos ruidosos, trabajo que sepa desarrollar su actividad en silencio, aunque el fruto se haga esperar y no sea de mucho brillo, a manera de la semilla, que soterrada, prepara con un aparente reposo la nueva planta vigorosa.

Por otra parte, la formación espiritual y la vida interior que fomentéis en estos Vuestros colaboradores los pondrán en guardia contra los peligros y posibles extravíos. Teniendo presente el fin último de la Acción Católica, que es la santificación de las almas, según el precepto evangélico: «quaerite primum Regnum Dei» (Matt., 6, 33), no se correrá el peligro de sacrificar los principios a fines inmediatos o secundarios, y no se olvidará jamás que a ese fin último se deben también subordinar las obras sociales y económicas y las iniciativas de caridad.

Nuestro Señor Jesucristo nos lo enseñó con su ejemplo, pues, aun

cuando en la inefable ternura de su divino Corazón, que le hacía exclamar : « Misereor super turbam... nolo eos remittere ieiunos, ne forte deficiant in via » (Marc, 8, 2-3), curaba las enfermedades del cuerpo y remediaba las necesidades temporales; nunca perdía de vista el fin último de su Misión, es decir, la gloria de su Padre y la salud eterna de las almas.

Por consiguiente no caen fuera de la actividad de la Acción Católica las llamadas obras sociales, en cuanto miran a la actuación de los principios de la justicia y de la caridad, y en cuanto son medios para ganar a las muchedumbres, pues muchas veces no se llega a las almas sino a través del alivio de las miserias corporales y de las necesidades de orden económico, por lo que Nos mismo, así como también Nuestro Predecesor de santa memoria, León XIII, las hemos recomendado muchas veces. Pero, aun cuando la Acción Católica tiene el deber de preparar personas aptas para dirigir tales obras, de señalar los principios, que deben orientarlas, y de dar normas directivas, sacándolas de las genuinas enseñanzas de Nuestras Encíclicas, sin embargo no debe tomar la responsabilidad en la parte puramente técnica, financiera o económica, que está fuera de su incumbencia y finalidad.

En oposición a las frecuentes acusaciones que sé hacen a la Iglesia de descuidar los problemas sociales o ser incapaz de resolverlos, no ceséis de proclamar que solamente la doctrina y la obra de la Iglesia, a la que asiste su Divino Fundador, pueden dar el remedio para los gravísimos males que afligen a la humanidad.

A Vosotros, por consiguiente, compete el emplear (como os esforzáis ya en hacerlo) estos principios fecundos, para resolver las graves cuestiones sociales que hoy perturban a vuestra patria, como por ejemplo, el problema agrario, la reducción de los latifundios, el mejoramiento de las condiciones de vida de los trabajadores y de sus familias.

Recordaréis que, quedando siempre en salvo la esencia de los derechos primarios y fundamentales, como el de la propiedad, algunas veces el bien común impone restricciones a estos derechos y un recurso más frecuente que en tiempos pasados a la aplicación de la justicia social. En algunas circunstancias, para proteger la dignidad de la persona humana puede hacer falta el denunciar con entereza las condiciones de vida injustas e indignas, pero al mismo tiempo será necesario evitar, tanto el legitimar la violencia que se escuda con el pretexto de poner remedio a los males de las masas, como el admitir y favorecer cambios de maneras de ser seculares en la economía social, hechos sin tener èn cuenta la equidad y la moderación, de manera que vengan a causar

resultados más funestos que el mal mismo al que se quería poner remedio.

Esta intervención en la cuestión social os dará oportunidad de ocuparos con celo particular dé la suerte de tantos pobres obreros, que tan fácilmente caen presa de la propaganda descristianizadora, engañados por el espejismo de las ventajas económicas que se les presentan ante los ojos, como precio de su apostasia de Dios y de la Santa Iglesia.

Si amáis verdaderamente al obrero (y debéis amarlo porque su condición se asemeja más que ninguna otra a la del Divino Maestro), debéis prestarle asistencia material y religiosa. Asistencia material, procurando que se cumpla en su favor, rio sólo la justicia conmutativa, sino también la justicia social, es decir, todas aquellas providencias que miran a mejorar la condición del proletario; y asistencia religiosa, prestándole los auxilios de la religión, sin los cuales vivirá hundido en un materialismo que lo embrutece y lo degrada.

No menos grave ni menos urgente es otro deber, el de la asistencia religiosa y económica a los campesinos, y en general a aquella no pequeña parte de mejicanos, hijos Vuestros, en su mayor parte agricultores, que forman la población indígena : son millones de almas redimidas por Cristo, confiadas por El a Vuestros cuidados, y de las cuales un día os pedirá cuenta; son millones de seres humanos que frecuentemente viven en condición tan triste y miserable que no gozan ni siquiera de aquel mínimo de bienestar indispensable para conservar la dignidad humana. Os conjuramos, Venerables Hermanos, por las entrañas de Jesucristo, que tengáis cuidado particular de estos Hijos, que exhortéis a Vuestro Clero para que se dedique a su cuidado con celo siempre más ardiente, y que hagáis que toda la Acción Católica Mejicana se interese por esta obra de redención moral y material.

No podemos dejar de recordar aquí un deber cuya importancia va siempre creciendo en estos últimos años : el cuidado de los mejicanos emigrados, los cuales, arrancados de su tierra y de sus tradiciones, muy fácilmente quedan envueltos entre las insidiosas redes de aquellos emisarios que pretenden inducirlos a apostatar de su Fe.

Un convenio con vuestros celosos hermanos de los Estados Unidos de América os daría por resultado una asistencia más diligente y organizada por parte del Clero local, y aseguraría para los emigrados mejicanos esas providencias económicas y sociales que tan grande desarrollo han alcanzado entre los católicos de los Estados Unidos.

La Acción Católica no puede dejar de preocuparse de las clases más humildes y necesitadas, de los obreros, de los campesinos, de los

emigrados; pero en otros campos tiene también deberes no menos imprescindibles : entre otros, debe ocuparse con solicitud muy particular de los estudiantes, que un día, terminada su carrera,'ejercerán grande influencia en la sociedad y quizá ocuparán también cargos públicos. A la práctica de la religión cristiana, a la formación del carácter, que son principios fundamentales para los fieles, debéis añadir para los estudiantes una especial y cuidadosa educación y preparación intelectual basada en la filosofía cristiana, es decir, en la filosofía que con tanta verdad lleva el nombre de « filosofía perenne »; pues hoy día — dada la tendencia cada vez más generalizada de la vida moderna hacia las exterioridades, la repugnancia y la dificultad para la reflexión y el recogimiento, y la propensión, en la misma vida espiritual, a dejarse guiar por el sentimiento más bien que por la razón — se hace mucho más necesaria que en otros tiempos una instrucción religiosa sólida y esmerada.

Deseamos ardientemente que se haga entre vosotros, a lo menos en el grado que os sea posible y adaptando la instrucción a las condiciones particulares, a las necesidades y posibilidades de Vuestra Patria, lo que tan laudablemente hace la Acción Católica en otros países por la formación cultural y para lograr que la instrucción religiosa tenga el primado intelectual entre los estudiantes y profesionistas católicos.

Grande esperanza de un porvenir mejor en Méjico nos hacen concebir los jóvenes universitarios que trabajan en la Acción Católica, y estamos seguros de que no defraudarán nuestras esperanzas. Es evidente que ellos forman parte, y parte importante, de esta Acción Católica, que tan dentro está de nuestro corazón, sean cuales fueren las formas de su organización, ya que éstas dependen en gran parte de las condiciones y circunstancias locales y varían de región a región. Estos universitarios no solamente forman, como acabamos de decir, la más firme esperanza de un mañana mejor, sino que ya ahora mismo pueden ofrecer efectivos servicios a la Iglesia y a la Patria, ya sea por el apostolado que ejerciten entre sus compañeros, ya sea dando a las diferentes ramas de la Acción Católica directores capaces y bien formados.

Las singulares condiciones de Vuestra Patria nos obligan a llamar Vuestra atención sobre el necesario, imperioso e imprescindible cuidado de los niños, a cuya inocencia se tienden asechanzas, y cuya educación y formación cristianas están sometidas a una prueba tan dura. A todos los católicos mejicanos se les imponen estos dos graves preceptos : el primero negativo, de alejar en cuanto sea posible a los niños de la escuela impía y corruptora; el segundo positivo, de darles una esmerada instrucción religiosa y la debida asistencia para mantener su vida

espiritual. Sobre el primer punto, tan grave y delicado, recientemente tuvimos ocasión de manifestaros Nuestro pensamiento. Por lo que hace a la instrucción religiosa, aunque sabemos con .cuánta insistencia Vosotros mismos la habéis recomendado a Vuestros Sacerdotes y a Vuestros fieles; a pesar de todo, os repetimos que, siendo éste en la actualidad uno de los más importantes y capitales problemas para la Iglesia Mejicana, es necesario que lo que tan laudablemente se practica ya en algunas diócesis se extienda a todas las demás, de manera que los Sacerdotes y miembros de la Acción Católica se apliquen con todo ardor y sin aterrarse ante ningún sacrificio a conservar para Dios y para la Iglesia estos pequeñuelos, por los cuales el Divino Salvador mostró tan grande predilección.

Cum per annum nullus actus processualis positus fuerit, R. P. D. Ponens, per decretum diei 12 decembris, appellationem declaravit desertam et acta in archivo reponi iussit.

XXX. VARSAVIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob defectum consensus,* coram R. P. D. Arcturo Wynen.

Cum in duabus prioribus instantiis Promotor Iustitiae matrimonium non accusaverit, vir autem, qui tamquam actor egit, inhabilis fuerit ad matrimonium uti ait a se simulatum accusandum, cumque Promotor Iustitiae S. Rotae detrectaverit matrimonium sibi denuntiatum accusare, Patres de turno, audito patrono viri, per decretum diei 22 decembris declaraverunt ad ulteriora procedi non posse, ideoque acta in archivo reponenda esse.

XXXI. WRATISLAVIEN. - *Nullitatis matrimonii, ob conditionem appositam,* coram Rt. P. D. Arcturo Wynen.

Cum nullum novum argumentum, ad normam canonis 1903, habeatur ex nova instructione causae, Patres de turno per decretum diei 22 decembris declaraverunt ulteriorem causae propositionem, seu tertiam instantiam, concedi non posse.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 27 aprile, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Placida Viel, dell'Istituto delle Scuole Cristiane della Misericordia, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *antepreparatoria,* nella quale dai Revmi Prelati Officiali e dai Revmi Consultori teologi della medesima si è discusso il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla stessa Serva di Dio.

TRIBUNALE DELLA SAGRA ROMANA ROTA

AVVISO DI CONCORSO

È aperto presso il Sacro Tribunale della Romana Rota, il concorso per la provvista di un ufficio di Scrittore.

Il concorso è per titoli.

I sacerdoti che desiderassero prendervi parte dovranno esibire alla Cancelleria del Tribunale (Via della Dataria, 94) non più tardi del 20 maggio p., v» la domanda corredata degli opportuni documenti e del « nulla osta » del rispettivo Ordinario, e per quelli residenti in Roma anche del Vicariato.

È richiesto : età non superiore ai 35 anni; laurea almeno in Diritto Canonico e conoscenza di qualche lingua estera.

Roma, 28 aprile 1937.

G. Grazioli, *Decano.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

1 aprile 1937. Monsig. Salvatore Mlnieri, della diocesi di Nola.
» » » Monsig. Vincenzo Giebartowski, della diocesi di Pinsk.
3 » » Monsig. Tommaso King, dell'archidiocesi di Sydney.

14 aprile 1937. Monsig. Giovanni Biasiotti (Roma).
» » » Monsig. Eugenio Gilardelli, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Monsig. Luigi Ferraris, della diocesi di Ozieri.

Prelati Domestici di Sua Santità:

3 aprile 1937. Monsig. Carlo Borge, dell'archidiocesi di S. José di Costarica.
•5• » » Monsig. Leone Schmit, della diocesi di Metz.
» » Monsig. Alberto Louis, della medesima diocesi.
8 » Monsig. Francesco Lardone, dell'archidiocesi di Torino.
9 » Monsig. Antonio Tedesco, della diocesi di Nola.
14 » » Monsig. Giuseppe Mckenzie, della diocesi di Nelson.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

1 aprile 1937. Monsig. Stefano Gaspar, dell'amministrazione apostolica di Debrecen.
» » » Monsig. Ferdinando Arcozzi, della diocesi di Verona.
» » » Monsig. Giuseppe Potentini, della diocesi di Fermo.
8 » » Monsig. Francesco G. McCaffrey, della diocesi di Kansas City.
» » » Monsig. Eurico Schilling,, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Caccia, della diocesi di Bergamo.
15 » » Monsig. Luigi Gamberini, della diocesi di Faenza.

18 aprile 1937. Monsig.
29 » » Monsig.
30 » » Monsig.
8 maggio Monsig. Arcivescovo tit. di Iconio.

An. et vol. XXIX 1 iunii 1937 (Ser. II, v. IV) - Num. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP, XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LIPENSIS ET JARENSIS SEU S. ELISABETH.

A DIOECESIUM LIPENSIS ET JARENSIS SEU S. ELISABETH TERRITORIO PARS SEIUNGITUR ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « MINDORENSIS ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad catholicum nomen amplius per orbem diffundendum non parum sane iuvat recta ecclesiarum circumscriptio, quae locorum adiunctis magis respondeat. Cum itaque venerabilis Frater Alfridus Verzosa, Episcopus Lipensis, preces Nobis porrexerit, ut a sua dioecesi insula *Mindoro* aliaeque circumstantes insulae distraherentur et ex earum territorio Praefectura Apostolica erigeretur, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium Sacrae Congregationis Consistorialis consulto, habito quoque venerabilis Fratris Gulielmi Piani, Archiepiscopi titularis Nicosiensis et in Insulis Philippinis Delegati Apostolici, favorabili voto, probe noscentes id in animarum salutem certo cessurum esse, omnibus mature perpensis, oblatis precibus annuere censuimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae potestatis plenitudine, a Lipensis dioecesis territorio *Mindoro* insulam ceterasque eam undique circumstantes insulas distrahimus, nimirum : ad septentrionem *Lubang* insulam cum suis adiacentibus, itemque nonnullas parvas insulas coram *Calapàn, Bacò, Puerto Galera* sitas; ad occidentem *Apo* insulam; ad meridiem *Hin, Remirara, Sibay* et *Caluyo,* insulas cum suis

quibusque adiacentibus insulis; ad orientem autem *Masin, Tambazon* et *Buyallao* insulas. Insuper, plene assentiente venerabili Fratre Iacobo Paulo Mae Closkey, dioecesis Jarensis seu S. Elisabeth Episcopo, ab hac dioecesi *Maestre de Campo* insulam seiungimus, atque ex omnibus hisce territoriis distractis novam Praefecturam Apostolicam, *«Mindorensem»* appellandam, erigimus et constituimus, cuius proinde fines iidem erunt ac insularum, quibus illa constat. Novae autem huius Praefecturae Apostolicae Mindorensis sedem in oppido *Calapàn* statuimus; eamdemque Sacrae Congregationi de Propaganda Fide, prout de iure, subiicimus; eius pro tempore Praefectis Apostolicis omnia concedimus iura et privilegia, quibus ceteri per orbem Praefecti Apostolici gaudent ac pollent, eosque omnibus oneribus et obligationibus adstringimus, quibus ceteri adstringuntur. Ad haec vero omnia et singula exsecutioni mandanda quem supra diximus venerabilem Fratrem Delegatum Apostolicum in Philippinis Insulis deligimus ac propterea ei tribuimus facultates necessarias et opportunas etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, atque controversias dirimendi in exsecutionis actu quomodolibet orituras; eidemque onus imponimus ad Sacram Congregationem Consistorialem intra annum, ab his Litteris datis Computandum, authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar transmittendi. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel ofiicio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nulli ergo hominum hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, mandati et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die secunda mensis iulii, Pontificatus Nostri anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius ***8. R. E.***

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi

Reg. in Cane, Ap., Vol. LV, n. ***J¡5*** _ **Al. Trussardi.**

II

LAHORENSIS

A DIOECESI LAHORENSI IN INDIIS ORIENTALIBUS TERRITORII PARS SEIUNGATUR ET NOVA EXINDE PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE MULTAN» ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo apostolici Missionalium labores ad catholicam religionem latius per orbem propagandam faciliores evadant et uberiores afferant fructus, procul dubio valde prodest amplissimum plerumque in partibus infidelium ecclesiarum circumscriptionum territorium dividere et exinde novas constituere Missiones, aliorum Evangelii praeconum curis concredendas. Lubenti itaque animo annuendum censuimus venerabilis Fratris Hectoris Catry, Dioecesis Lahorensis in Indiis Orientalibus Episcopi, et dilecti Filii Ordinis Praedicatorum Magistri Generalis precibus, a venerabili Fratre Leone Petro Kierkels, Archiepiscopo titulari Salaminensi et Delegato Apostolico in Indiis Orientalibus, commendatis, quibus ab hac Apostolica Sede enixe effiagitatum est, ut a Lahorensis Dioecesis territorio partes illas, in quas iam inde ab anno millesimo nongentesimo trigesimo primo, praefato eiusdem Dioecesis Antistite postulante, Evangelii operarii ex Fratrum Praedicatorum Ordine missi, laetos fidei progressus. Deo auctore, adepti sunt et solida religionis iecerunt fundamenta, seiungerentur et in novam Praefecturam Apostolicam erigerentur. Nos igitur, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, a Dioecesis Lahorensis territorio civiles districtus de *Dera Ghazi Khan* cum *Buoch Trans Frontier, Muzaffargarth, Jhang, Multan, Montgomery, Lyalpur, Dera Ismail Khan* et insuper civile circumdarium (Tahsil) de *BhaJákar* ac Dominium de *Bahawalpur* seiungimus, ex quo territorio ita avulso et circumscripto novam erigimus et constituimus Praefecturam Apostolicam *de Multan,* ab eiusdem nominis urbe, appellandam, eamque Ordini Praedicatorum, cuius alumni, ut iam diximus, in regione illa sollerter adlaborant, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concredimus. Huic autem novae Praefecturae *de Multan* eiusque pro tem-

pore Praefectis Apostolicis omnia concedimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti gaudent ac pollent, illosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo cuiuslibet viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Nostris Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo sexto, die decimaseptima mensis decembris, Pontificatus Nostri anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVI, n. 30 _ **Al. Trussardi.**

III

DE LANCHOW

A **VICARIATUS APOSTOLICI DE LANCHOW TERRITORIO PARS SEIUNGITÜR CIVILEM PROVINCIAM DE TSINGHAI COMPLECTENS ET IN NOVAM ERIGITUR PRAEFECTURAM APOSTOLICAM « DE SINING » NUNCUPANDAM.**

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiae universae regimen Nobis divinitus commissum illud quoque requirit, ut si quae sint territoria Missionalium curis adhuc concredita, quae tam late pateant ut uni vel vigilantissimo Pastori perarduum sit fidei propagationi efficaciter praeesse, dividantur atque novae exinde Missiones erigantur, aliis Antistitibus committendae. Cum itaque res ita se habeant in peramplo Vicariatu Apostolico de Lanchow in Sinis, Societati Verbi Divini concredito, cumque insuper aliquot abhinc annis ab eiusdem Vicariatus territorio Provincia civilis de Tsinghai seiuncta sit, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, libenter annuendum censuimus venerabilis Fratris Theodori Buddenbrok, Episcopi titularis Issensis et Vicarii Apostolici de Lanchow precibus, a venerabili Fratre Mario Zanin, Archiepiscopo titulari Traianopolitano in Shodope, Delegato Apostolico in Sinis, commendatis, quibus ille, Superiore Generali Societatis Verbi Divini consentiente, ab hac Apostolica Sede postulavit ut tota Provincia civilis de Tsinghai a suo Vicariatu distracta in missionalem sui iuris circumscriptionem erigeretur, certam foventes spem id in animarum bonum maxime obventurum. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine e praefati Vicariatus Apostolici de Lanchow territorio partem illam seiungimus totam Provinciam civilem de Tsinghai complectentem eamque in Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus iisdem circumscriptam limitibus quibus ipsa Provincia civilis. Novam hanc Praefecturam ab eiusdem Provinciae urbis principis nomine « de Sining » nuncupandam volumus, atque Societatis Verbi Divini sodalium curis, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, committimus. Huic idcirco Praefecturae de Sining eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem

Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut sopra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem quae hisce ipsis Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vere ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die quarta mensis februarii, Pontificatus Nostri anno quintodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco gg Plumbi

***Reg. in Cane. Ap., Vol. LVI, n. J,5* _ AL Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

TITULO ET HONORIBUS BASILICAE MINORIS AUGETUR TEMPLUM MONASTERII B. MARIAE DE SÏTTICO, IN DIOECESI LABACENSI, AD ORDINEM CISTERCENSE^ PERTINENS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum optatis votisque Nostris respondeant, ea quae maiori sacrarum aedium decori eveniant, libenter equidem supplices accepimus libellos venerabilis Fratris Labacensium Episcopi, qui Nos modo deprecatas est ut, occasione saeculi octavi a fundatione templi Monasterii Beatae Mariae de Sittico, quod ad Sacrum Ordinem Cistercensem pertinet, atque intra fines dioecesis Labacensis positum est, memoratum templum titulo ac privilegiis Basilicae Minoris

cohonestare dignemur. Refert quidem ipse Praesul Monasterium praefatum una cum adiecto templo anno MCXXXV fundatum esse, quamvis ecclesia anno tantum MCLVI ab Aquileiensium Patriarcha consecrata sit. Primitus stylo romano constructa ac postea stylo gothico restaurata, nunc ecclesia eadem constat tribus navibus stylo vulgo « barocco », quo initio saeculi decimi septimi denuo exaedificata est, amplitudine molis non minus quam bonae artis operibus excellens, quattuordecim altaribus ditata ac praedivite supellectile sacra copiose instructa. In templo Sitticensi Monasterii adiecti monachi divino cultui assiduam operam navant, sacrumque ministerium actuose implent, christifideles autem numquam intermisso studio templum idem, peregrinorum etiam more, devotione fideque magna frequentant. Haec animo repetentes Nos, conlatis consiliis cum Dilecto Filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, qui tum memorati Praesulis Labacensis tum Procuratoris Ordinis Cistercensis vota precesque ad Nos retulit, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi, perpetuumque in modum, templum Sitticense, intra fines dioecesis Labacensis, Monasterio Cistercensi Beatae Mariae Virginis adnexum, ad titulum ac dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus cum omnibus iuribus et privilegiis liturgicis quae Minoribus Basilicis rite competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris die xv m. octobris an. MCMXXXVI, Pontificatus Nostri decimo quinto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTULAE

I

AD R. P. IOANNEM CERI ANI, ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM A SOMASCHA PRAEPOSITUM GENERALEM, IV EXEUNTE SAECULO AB OBITU SANCTI HIERONYMI AEMILIANI, CAELESTIS OMNIUM ORPHANORUM AC DERELICTAE IUVENTUTIS PATRONI ATQUE EIUSDEM SODALITATIS CONDITORIS.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Aliquot ante annos, quum quartum compleretur saeculum, ex quo sanctus Hieronymus Aemiliani prima gloriosi istius Ordinis fundamenta auspicato iecerat, placuit sane Nobis, non modo ipsum Sodalitatis Conditorem « caelestem omnium orphanorum ac derelictae iuventutis Patronum » sollemniter edicere, verum etiam singulares eiusdem virtutes ac praeclara gesta per Litteras Nostras in luce palam collocare. Ea praeterea faustitate, Nosmet Ipsi universo Clericorum Regularium a Somascha Ordini, tam egregie de re catholica civilique merito, iucunde vehementerque gratulati sumus. Nunc autem sollemnia quater saecularia, quae ad memorandum sancti ipsius Patroni felicissimum obitum proxime peragentur, novam Nobis praebent opportunitatem communem sodalium laetitiam auctoritate Nostra iterum cumulandi, sacramque ipsam celebrationem paternis votis ominibusque itidem participandi. Quod quidem libentissime per hanc Epistolam facimus; quandoquidem orphanorum iste Protector ac Pater, qui caritatem proximorum cum Dei amore tam apte utiliterque coniunxit, ut, corporibus indigentium infirmorumque medens, animis quoque salutem solaciumque afferret, quique, laboribus et omnis generis calamitatibus auxilia praestans, tot bonos Christifideles integrosque cives effinxit, luculentissimo exemplo suo significavit, qua christiana fraternitate atque industria omnes homines inter se diligi debeant sibique invicem efficaciter opitulari. Hisce praesertim temporibus, quando tam graves multiplicesque discordiarum turbationemque exstant causae et minae, perquam salutare est omni studio ac ratione alere ac fovere genuinam Christi caritatem, quae sola profecto, ut crebro declaravimus, veram animorum concordiam mutuamque inter gentes dilectionem, plane iustitia innixam, afferre et servare potest. Fore igitur confidentes, ut sacra eiusmodi sollemnia cum maxima fidelium frequentia ac pietate perficiantur, Deum instanter precamur, ut salubria istius Ordinis incepta gratiae suae rore fecundet, et ad felicem prosperumque exitum perducat. Cuius quidem

superni praesidii in auspicium, inque praecipuae caritatis Nostrae testimonium, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili, cunctisque, quibus praees, sodalibus et alumnis, nec non omnibus, qui saecularibus sollemnibus aderunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis ianuarii, anno MCMXXXVII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. IOANNEM TIT. S. BALBINAE S. R. E. PRESB. CARDINALEM VERDIER, ARCHIEPISCOPUM PARISIENSEM, APPETENTE NATALI QUINQUAGESIMO SACERDOTII EIUS.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Singulari animi iucunditate novissime accepimus, te in eo iam esse, ut dena a suscepto sacerdotio lustra, clero fidelibusque tecum iure laetantibus, prospere feliciterque concelebres. Illud enim praeclarum munus, quod tibi quondam cum sacro Ordine conlatum est, ipse profecto, Dei proximorumque caritate incensus, per diuturnam haue annorum seriem, alacriter sustinuisti. In ipso autem flore aetatis, egregia tua virtus atque sollertia, in variis magnique momenti officiis tibi concreditis, splendida iam futuri apostolatus specimina exhibuerant; et ornatae ipsae aedes Seminarii philosophici Lugdunensis, tua praecipua cura e solo excitatae, peculiarem in hoc genere industriam in cleri civiumque utilitatem luculenter portenderant. Ubi vero in praenobili ista Parisiorum Sede atque in Societate Sancti Sulpicii maiora tibi munera commissa sunt, praesertim quum archiepiscopali auctus honore in amplissimum Ecclesiae Senatum cum Romanae purpurae splendore adlectus es, in latiore sane et eminentiore campo sollicitudo atque alacritas tua pastoralis coruscavit. Neque enim cuncta atque eximia erga Ecclesiam civilemque consortionem promerita tua per hanc Epistolam Nostram persequi possumus; sed silentio omnino praeterire nequimus tot curas ac labores, quibus iugiter incubuisti, tum ad Actionem Catholicam istic quoquo modo fovendam provehendamque, tum potissimum ad novas ecclesias cum paroecialibus domibus aedificandas in latissimo Civitatis ipsius ambitu, ubi incolae Parisienses tanta recens multitudine percreverant. Novae istae augustaeque Dei domus, quae centenarium usque numerum attigere, quaeque prisca memorant psalmistae verba « Zelus domus tuae comedit me »,

singularis tuae erga Deum pietatis animarumque salutis studii clarissima exstabunt monumenta. Quapropter, Dilecte Fili Noster, praesentem hanc opportunitatem libenter arripimus, ut tibi de sacro ministerio tam naviter actuoseque gesto paterne palamque gratulemur, atque iubilaei tui sollemnia presentissimo iucundoqúe animo participemus. Quo autem sacri eventus celebratio maiorem populo afferat utilitatem, tibi ultro damus, ut, proximo die Sancto Ioseph Ecclesiae Patrono dicato, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraeque auctoritate benedicas, plenam admissorum veniam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Omnia denique tibi felicissima ac secundissima ex corde ominantes, in caelestis praesidii auspicium, inque summae Nostrae dilectionis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, tuisque Episcopis Auxiliaribus, itemque universo clero populoque tuae vigilantiae pastorali demandato amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvni mensis martii, Dominica Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, a. MDCCCCXXXVII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS, CONGREGATIONUM

'SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

AUXÏMANAE ET AESINAE

DECRETO!

MUTATIONIS FINIUM DIOECESIUM

Cum Exc. P. D. Carolus Falcinelli Episcopus Aesinus, consentiente Exc. P. D. Monaldutio Leopardi Episcopo Auximano et Cingulano, supplices preces Apostolicae Sedi obtulerit, ut pro bono animarum ecclesia S. Mariae *ab TJlmo* adnexumque territorium, quod via *Santamarianova-Loreto,* via *Santamarianova-Ancona* atque ager domini *Patritii Iosephi Moreschi* definiunt, ad dioecesim Auximanam pertinentia, ab hac dismembrarentur atque dioecesi Aesinae attribuerentur, Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI, rei opportunitate perpensa, praesenti Consistoriali decreto statuit ut memorata ecclesia S. Mariae *ab Ulmo* adnexumque territorium prouti supra descriptum a dioecesi Auximana seiungantur atque dioecesi Aesinae aggregentur, mutatis hac ratione utriusque dioecesis finibus.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est eundem Excmu-m P. D. Carolum Falcinelli, eidem tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere remittendi quam primum ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 20 martii 1937.

L. $ S. Fr. C. R. Card. Rossi, *a Secretis.*

V. Santoro, *Adsessor.*

II

WINNIPEGENSIS ET S. BONIFACII

DECRETUM

QUO FINES ARCHIDIOECESTUM DETERMINANTUR

Per Apostolicas Litteras diei 4 decembris 1915, limes occidentalis archidioecesis Winnipegensis, quo ipsa separatur ab archidioecesi S. Bonifacii, determinatus fuit per lineam dividentem *rangs* XII et XIII simulque comitatum *Souris* a comitatibus *Macdonald* et *Lis gar.*

Translata vero divisione civili memoratorum comitatuum ad lineam inter *rangs* XIII et XIV, opportunum visum est, ut finis quoque praefatarum archidioecesium cum eadem linea coincideret.

Quapropter Sacra haec Congregatio, de mandato Ssmi Domini Nostri Pii Div. Prov. Pp. XI, praesenti Consistoriali decreto satuit ut posthac finis inter archidioecesim Winnipegensem et archidioecesim S. Bonifacii determinetur a linea inter *rangs* XIII et XIV.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 20 martii 1937.

Fr. C. R. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. ✠ S.

V. Santoro, *Adsessor.*

SACRA CONGREGATIO CONCILII

DIOECESIS *C.*

IURISPATRONATUS

Die 15 februarii 1936

FACTI SPECIES. — Anno 1703 in civitate *G.* erectum fuit Capitulum collegiale, cuius dotationem pluribus oblationibus cives ipsi constituerunt, qui solliciti ne erectio Collegiatae in discrimen aliquando vocaretur, iuspatronatus in beneficia ab ipsis dotata et activum et passivum sibi constituerunt, hoc praecaventes ut, extinctis patronis eorumque agnatis vel heredibus, ius activum devolveretur ad Capitulum, passivum vero ad originarios vel cives eiusdem civitatis.

Ineunte autem saeculo decimo octavo, eadem Collegiata a S. Sede <(praevia collegialitatis suppressione et extinctione ad cathedralis ecclesiae gradum » fuit evecta.

Hac tamen non obstante innovatione, Capitulum cathedrale ius activum usque in praesens exercuit saltem quoad sex praebendas canonicales. Ex quo factum est ut ex quatuordecim quibus Capitulum nunc constat canonicis, cum quatuor sint dignitates quoad collationem S. Sedi reservatae, duo, theologus et poenitentiarius, obnoxii legi consursus, unus sit iurispatronatus cuiusdam nobilis familiae, Episcopus liberam non habeat collationem nisi unius canonicatus. Exinde quaestio de qua agitur, num huiusmodi iuspatronatus et activum et passivum adhuc sustineatur, in casu.

ANIMADVERSIONES. — Ex pluribus deducitur nec iuspatronatus activum nec passivum ad Capitulum pertinere, ex quo tempore Collegiata ad cathedralem ecclesiam evecta est.

Et in primis, potius quam ex lege fundationis, ex iure communi ante Codicem vigente repetendum est ius Capituli nominandi memoratos canonicos. Sane ex ipsa historia fundationis praebendarum canonicalium de quibus agitur, patet hoc unum, vel saltem praecipuum fuisse fundatorum consilium in iis constituendis ut conferrentur originariis seu civibus eiusdem civitatis. Quod onus nulli profecto imponi poterat nisi iis quorum ius erat nominatio. At ius nominandi canonicos ecclesiae collegiatae ex iure communi ante Codicem vigente pertinebat ad ipsum Capitulum collegiatum. Ita Wernz, *Ius decretalium,* tom. II, n. 784 tradit : « In Capitulis ecclesiarum collegiatarum ex iure communi ius eligendi seu praesentandi dignitates seu canonicos spectat ad ipsum Capitulum; ius vero confirmandi seu instituendi pertinet ad Episcopum, nisi hic ex specialibus titulis perfectiora iura sibi vindicare possit ». Nec aliter Leurenius, *Forum beneficiale,* part. II, n. 672; Bouix, *De Capitulis,* pag. 243; Riganti, *in Reg. Cancell. Apost.,* reg. 4, part. 2, reg. 9, par. 1 et 2; Garcia, *De benef.,* part. V, cap. 4, n. 58 seq.; Lotterius, *De benef.,* tom. II, q. 21, n. 135, etc.

Quapropter non ex lege fundationis, sed ex iure communi canonici ius repetebant nominandi ad memoratas praebendas canonicales. Cum autem ius illud commune per Codicem mutatum sit, nunc standum est canoni 403, ut manifeste fert canon 6. Porro illi iuris mutationi pluries ipsi canonici sese accommodarunt, cum v. g. nullam difficultatem moverint ex eo quod dignitatum collatio fuerit reservata S. Sedi ex canone 1435, vel cum duae praebendae ad quas, uti ad ceteras, ipsi

nominabant, erectae fuerint in theologalem et poenitentiariam, et obnoxiae legi concursus.

Praeterea iam ante Codicem, evecta Collegiata ad cathedralem ecclesiam, ius illud canonicorum fere evanuit, cum ex communi observantia ante Codicem, exceptis praebendis S. Sedi reservatis, ceterorum canonicatuum collatio pertineret ad simultaneam collationem Episcopi et Capituli. In casu autem illud est animadvertendum quod ante novae ecclesiae cathedralis erectionem decernendam, Pontifex expressis verbis suppressit et extinxit qualitatem collegialitatis, « praevia collegialitatis suppressione et extinctione ». Quae verba denotare videntur personam moralem ecclesiasticam Collegiatae Summum Pontificem abolevisse, et novam erexisse personam moralem ecclesiasticam, seu cathedralis, scilicet novum ordinem, novam institutionem, novum ius constituit.

Abolita autem seu legitime extincta persona morali Collegiatae, eius quoque iura et privilegia abolita et extincta censenda sunt, quia deesset eorum subiectum et fundamentum iuxta tritam iuris regulam: « Privilegium personale personam sequitur et extinguitur cum illa ». Et canon 1501 statuit : « Extincta persona morali ecclesiastica, eius bona fiunt personae moralis ecclesiasticae immediate superioris ». Et revera Summus Pontifex in casu statuit ut bona Collegiatae ad noviter erectam cathedralem ecclesiam transirent.

Ad rem Wernz, *Ius Decretalium,* vol. II, n. 276 tradit : « Suppressio est totalis extinctio officii ecclesiastici. Per illam officium ecclesiasticum simpliciter desinit in rerum natura, suamque amittit personalitatem iuridicam; consequenter ipsius bona et ius in reditus beneficíales carent subiecto et fundamento atque aliis officiis ecclesiasticis vel causis piis sunt applicanda ». Et in subsequenti numero 281 ita prosequitur : « Suppresso officio, omnia iura collatorum, electorum, patronorum quoad collationem, electionem, praesentationem vel institutionem illius officii cessant, et penitus extinguuntur; deest enim obiectum in quod illa iura exerceri possent. Iura officii in suppressione ita perfecte extinguuntur, ut nequaquam ipso facto reviviscant, sive forte postea idem specie officium restauretur, sive denuo erigatur, sed iura officii restaurati nituntur aut concessionibus iuris communis cum erectione novi officii restaurati, aut plane nova et speciali concessione ». Haec autem quae auctor ad singula officia vel beneficia ecclesiastica applicat, ad plura simul officia ecclesiastica quae Collegiatam constituunt, extendenda videntur, tum quia eadem est ratio, tum quia et Collegiata et singula eius beneficia sunt personae morales ecclesiasticae.

Idipsum confirmat Pallottini, *Collectio,* vol. II, verb. *Iuspatrona-*

tu s; III, n. 15, qui, pluribus recensitis huius S. Congregationis decisionibus, scribit : « Si Summus Pontifex sedes episcopales extinxerit, etiam Capitulorum privilegia, iura omnia et nominatim patronatus una cum dioecesibus extincta censentur, nec reviviscere possunt. Idcirco, quum post extinctionem Summus Pontifex ius nominandi haud de novo tribuerit, illud extinctum perstat, et Episcopus gaudet iure liberae collationis ».

Tandem saltem analogice est ad rem praescriptum canonis 1470, quo, inter alia, statuitur « ius patronatus extinguitur si, consentiente patrono, ecclesia vel beneficium uniatur alii liberae collationis, aut ecclesia fiat electiva vel regularis ». Quapropter iuxta huius S. Congregationis praxim nunquam permittitur unio beneficii iurispatronatus alii beneficio liberae collationis, nisi patronus iuri suo antea renuntiaverit.

Neque ex adverso adduci potest consuetudo centenaria in huiusmodi iure patronatu sive activo sive passivo exercendo, quae fuerit inducta post erectam cathedralem ecclesiam, cum obstet iuris principium : «Quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere», et quia consuetudo hac de re exprèsse in canone 403 reprobatur.

RESOLUTIO. — In plenariis autem Comitiis, die 15 februarii 1936 habitis, ad proposita dubia : 1) *An ius Capituli cathedralis civitatis* C. *nominandi sex canonicos sustineatur in casu;* 2) *An iidem canonici nonnisi ex indigents seu civibus vel originariis eiusdem civitatis eligendi sint in casu;* Emi Patres responderunt : *Negative ad utrumque.*

Quam resolutionem, in Audientia diei 24 eiusdem mensis, referente subscripto S. Congregationis Secretario, Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XI approbare et confirmare dignatus est.

I. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

INSTRUCTIO

DE CONGREGATIONIBUS RELIGIOSIS INDI GENIS CONDENDIS

In terris Missionum, huius S. Consilii Christiano Nomini Propagando ditioni subditarum, hisce temporibus haud raro evenit ut novae Congregationes religiosae ex utroque sexu instituantur, quae locorum

Ordinariis, bonis sodalium exemplis et opera, magno auxilio sane evadant. Quae res non tantum amplissima laude probanda videtur, sed, iuxta Summi Pontificis PII PAPAE XI vota, studiose promovenda est, cum, Litteris Encyclicis *Berum Ecclesiae,* die 28 februarii 1926 datis, Summus Pontifex hisce verbis Missionum Ordinarios adhortetur : « Necesse est... ut religiosas ex utroque-sexu sodalitates indígenas instituatis », in quibus asseclae « consilia evangelica profiteantur ».

Ad hoc vero ut tutum iter Ordinariis, hoc opus tam salutare aggredi cupientibus, praebeatur, prae oculis habitis normis a S. O. Religiosorum negotiis praeposita a. 1922 datis, *Regulas,* quae sequuntur, hoc S. Consilium decrevit recolere, a locorum Ordinariis sibi subditis, in erigendis Congregationibus indigenis, diligenter servandas.

1. Antequam nova Congregatio condatur, videat Ordinarius an finibus sibi propositis Congregationes iam erectae satisfacere possint. Quo in casu, a nova Congregatione condenda abstineat atque illorum Institutorum sodales advocandos curet.

2. Quod si, rebus mature perpensis, novam indigenarum Congregationem, in bonum Missionis sibi commissae, erigendam putaverit, eam ad exemplum alicuius Instituti, in Ecclesia vita religiosa florentis, constituat.

3. Titulus, seu nomen, novae Congregationis desumi potest vel a Dei attributis vel a Sanctae Religionis mysteriis vel a festis Domini aut B. V. Mariae vel a Sanctis vel a fine peculiari ipsius Congregationis. Ne titulum vel habitum cuiusquam Religionis iam constitutae usurpent novae Congregationes cautum est in can. 492, § 3.

4. Cavendum est praeterea ne titulus, seu nomen, Congregationis nimis artificiose compositus sit neve quampiam devotionis speciem, a Sede Apostolica non probatam, exprimat aut innuat.

5. Si de religiosis virginibus agatur, curandum est ut saltem duae sorores ex aliquo instituto iam rite approbato in promptu sint, quae munera Moderatricis Generalis et Magistrae Novitiarum in nova erigenda Congregatione, ad tempus, assumere valeant, donec scilicet haec vita propria vivere possit.

6. Circa media quoque ad novam Congregationem sustentandam necessaria prudenter consulendum erit.

7. Hisce praemissis, Ordinarius, re adhuc integra, hoc S. Consilium adeat, iuxta can. 492, § 1, debitam petat ab eo licentiam illudque consulat de iis quae ad Congregationem instituendam necessaria sunt, atque opportune referat :

a) quanam causa ad eam instituendam Ordinarius ducatur;

b) quinam sit titulus, seu nomen novae Congregationis;

c) quae sit forma, color, materia habitus á novitiis et a professis gestandi;

d) quaenam opera Congregatio sibi assumptura sit;

e) quibus opibus eadem sustentetur.

8. Licentia vero obtenta, nihil obstabit quominus Ordinarius novam Congregationem ineat, quae erit iuris dioecesani et, usque dum Pontificiae approbationis aut laudis testimonio caruerit, vi can. 492, § 2, remanebit dioecesana, Ordinarii iurisdictioni, ad normam SS. Canonum, plane subiecta.

9. Erectio vero fiat ab Ordinario per decretum formale, in scriptis datum cuius exemplar et in tabulario novae Congregationis, et in archivo Ordinariatus servandum erit. — De peracta erectione Ordinarius hoc S. Consilium edoceat, ac Decreti exemplar ei transmittat, in quo praecipue curet ut tam titulus quam scopus Instituti explicite et exacte praefiniantur.

10. Novae Congregationis Constitutiones, lingua latina et vulgari exaratae, huic S. Consilio (sex saltem exemplaribus) quam primum subiici debent ut rite examinentur, emendentur et cum opportunis animadversionibus Ordinario remittantur, ab ipsomet approbandae.

11. Constitutionum Codex continere debet ea omnia quae religiosae Congregationis naturam, membra, vota et sodalium vivendi rationem necnon Congregationis regimen respiciunt. Constitutionum textus dividatur in partes; partes in capita; capita in articulos, numeris ab initio ad finem progredientibus signatos..

12. Excludenda sunt a textu Constitutionum :

a) praefationes, notitiae historicae, litterae hortatoriae et alia huiusmodi;

o) recitationes textuum S. Scripturae et quorumvis librorum vel auctorum;

c) normae rituales, caeremoniales necnon usus et consuetudines in Congregationem forte inducendae;

d) horaria et calendaria adoptanda;

e) quaestiones theologicae, aut iuridicae;

/) instructiones asceticae, adhortationes spirituales et mysticae considerationes;

g) ea quae iure communi statuuntur, utpote ad Constitutiones iam praesupposita.

13. Horaria, exercitia pietatis et alia huiusmodi in *Directoriis* ponantur.

14. Post elapsum a Congregatione inita congruum tempus, si eadem,. Deo favente, incrementum notabile consecuta fuerit atque ad alias Missiones sese extenderit et sodalium numero et operibus ac vita religiosa, singulariter floreat, Ordinarius hoc S. Consilium adire poterit, petens; ut Congregatio iuris pontificii fiat, et exhibens :

a) supplicem libellum ad Summum Pontificem;

b) litteras testimoniales Ordinariorum in quorum territoriis Congregatio habeat domos : •

c) relationem de statu personali, disciplinari, materiali et oeconomico novae Congregationis;

d) Constitutiones ab ipso Ordinario recognitas et approbatas.

Quod si id propositum huic S. Consilio probatum fuerit, res per *Decretum Laudis* ad effectum deducetur, quod *Decretum approbationis*-rite sequetur una cum *Decreto* quo Constitutiones saltem — experimenti gratia — ad septennium approbantur.

Datum Romae, ex Aedibus S. O. de Propaganda Fide, in festo S. Ioseph Sponsi B. M. Virginis, a. D. 1937.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. m s.

f C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius..*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

BRIXIEN.

CANONIZATIONIS B. VINCENTIAE GEROSA, ALTERIUS FUNDATRICIS SORORUM A CARITATE IN OPPIDO LUERE BRIXIENSIS DIOECESIS.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Reassumptionis Causae Canonizationis B. Vin-- centiae Cerosa, Virginis, in casu et ad effectum de quo agitur.

Sororum a Caritate Institutum, quod anteacto saeculo parentem se B. Bartholomaeam Capitanici habuisse gloriatur, parentem alteram, non minoris meriti, iure veneratur, quae, eiusdem Beatae efiicacissima adiutrix post eius immaturam mortem, opus vix inchoatum sapienter?

constituit atque mirifice propagavit. Vincentiam Gerosa dicimus, quae pares cum B. Bartholomaea Beatificationis honores die 7 maii a. 1933 est assequuta.

Ast nova prodigia, quae Deum operatum esse eius intercessione dicuntur, eamdem ad altiorem gloriam assequendam vocare videntur.

Quapropter Illmus ac Revmus D. Ioannes Biasiotti R. O. A. Clericus, Causae Postulator, una cum Emo ac Revmo D. Cardinali Aloisio Capotesti, Excmis ac Revmis Aloisio Barlassina Patriarcha Hierosolymitano, Adeodato Piazza Patriarcha Venetiarum, Hyacintho Tredici Episcopo Brixien., plurimisque aliis Archiepiscopis, Episcopis, et Luerensis Municipii Rectore, qui unanimes Sororum a Caritate Institutum dilaudant, nec non Rev. Matre M. Antonia Sterni, Generali Instituti Moderatrice, Ssñium D. N. humiliter enixeque adprecatus est ut Canonizationis Causa resumeretur.

In Ordinaria itaque Sacrorum Rituum Congregatione, hesterna die adunata, subscriptas Cardinalis, loco et vice Emi ac Revmi D. Cardinalis Caietani Bisleti, Causae Ponentis, Dubium proposuit : *An signanda sit Commissio Reassumptionis Causae Canonizationis praefatae Beatae in casu et ad effectum de quo agitur.*

Emi ac Revmi Patres omnibus perpensis, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, rescribendum censuerunt: *Affirmative,* seu : *Signandam esse Commissionem Reassumptionis Causae praedictae Beatae, si Ssmo placuerit.*

Facta autem Ssmo D. N. Pio Pp. XI, hodierna die, a subscripto Cardinali relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu Commissionem Reassumptionis Causae Canonizationis Beatae Vincentiae Gerosa, Virginis, signare dignata est.

Datum Romae, die 24 februarii a. D. 1937.

C. Card. Latjrenti, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

PARISIEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVORUM DEI PETRI OLIVAINT, LEONIS DUCOUDRAY,, ALEXII CLERC, IOANNIS CAUBERT ET ANATOLII DE BENGY, SACERDOTUM PROFESSORUM E SOCIETATE IESU.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae praedictorum Servorum Dei in casu et ad effectum de quo agitur.

Iturus Christus ad Patrem discipulos suos praemonuit plures ipsos passuros esse insectationes, insimul eos tamen est his verbis consolatus : *Plorabitis,* ait, *et flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium ... Et vos nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis* (Ioann., XVI, 20, 22). Haec est porro iugis conditio Ecclesiae, quae non inláta vi, sed suo potius effuso sanguine, uti Christus, de,inimicis triumphat.

His divinis promissionibus roborati, martyres cum gaudio ad mortem properabant, immortalis gloriae coronam accepturi.

Quorum agmini merito annumerari videntur : Petrus Olivaint, Leo Ducoudray, Alexius Clerc, Ioannes Caubert et Anatolius de Bengy, omnes e Societate Iesu, qui, Communistarum seditione a. 1871 Parisiis saevienté, ab impiis hominibus interfecti, apud christianum populum martyrii famam adepti sunt. Brevissime de uniuscuiusque vita haec Iubet attingere.

I. Petrus Olivaint, a. D. 1816 Lutetiae Parisiorum honesto loco ortus, indolis bonitate et ingenii laude excelluit. Caritatis operibus, in Vincentianis, quae audiunt, Conferentiis, addictus, christianam vitam ex animo est amplexatus. Ad religiosam perfectionem adipiscendam divina voce allectus, Societatem Iesu a. D. 1845 est ingressus, sollemniaque vota a. 1860 nuncupavit, anno vero 1850 ad sacrum Presbyteratus ordinem fuerat promotus. Seu in regularum ac votorum observantia, seu in omnium sacerdotalium virtutum exercitio, praecipue vero in animarum zelo, asperrimaeque poenitentiae exercitio, summopere enituit.

II. Leo Ducoudray in urbe « Laval » a. D. 1827 lucem aspexit. A piae matris severa educatione formatus a mundanis illecebris, dum Pa-

risiis iuridicis disciplinis incumbebat, se immunem servavit. Post adeptam iuris lauream Societati Iesu se addidit, pluraque munia sibi concredita, sive antequam a. 1864 sacerdotio esset auctus sollemniaque vota a. 1870 nuncupasset, sive postea, diligentissime adimplevit. S. Genovefae Collegii Rector, totus erat ut alumnorum animis pietatem et propositum omnia ad Dei gloriam operandi insereret, factus ipse forma gregis ex animo, adeo ut sanctitatis fama iam tum f meretur.

III. Alexius Clerc et ipse Parisiensis, a. D. 1819 natus est. In patria classe, stipendia merens, honoríficos assequutus est gradus; verum abiectis honoribus, trigintaquinque annos natus, vocanti Deo generose obaudiens, Societatem Iesu a. 1854 est amplexatus, sollemniaque vota a. 1871 nuncupavit. Sacerdos a. 1859 fuerat sacratus. Eum virtutibus fulgentem veluti sanctum omnes habebant.

IV. Ioannes Caubert Parisiis pariter a. D. 1811 in vitam venit. Nobilem suae gentis traditionem secutus, et ipse forum egit. A. 1845 ad Societatem Iesu se aggregavit. Inde a tirocinio egregia dedit virtutum exempla quae in toto vitae suae cursu nunquam deferbuerunt. Nam intra claustri septa regularum observantiae tenacissimum, asperae paenitentiae humilitatisque sectatorum se exhibuit; extra vero, sacerdotalia ministeria maximo fidelium emolumento, praesertim animarum Deo dicatarum, ad mortem usque exercuit.

V. Anatolius de Bengy, Bituricensis, a. D. 1824 natus, parentes maxime religioni addictos habuit. Societati Iesu a Servo Dei Ioanne Roothaan, Generali Praeposito, in Urbe adscitus, a. 1858 publica emisit vota, anno autem 1854 sacerdotio fuerat auctus. Sui ordinis regulas omnes quantumvis minimas religiose servavit, concionatorisque munere cum laude functus. Militaribus copiis, in «Crimeae» expeditione, a. 1856 est Cappellanus addictus; idem munus, franco-germanico bello fervente, a. 1870 expetivit seque pro sauciatis impendit atque heroice superimpendit.

Hi omnes diebus 3 et 4 aprilis a. 1871 e religiosis domibus violenter a Communistis, qui Parisiis dominabantur, abstracti, atque ludibriis, vexationibus omne genus, contumeliis affecti, in carceres coniiciuntur.

At sacra Eucharistia roborati, quam aliquoties, pio dolo, religiosae feminae opera accipiebant, mortem cum gaudio oppetiërunt.

PP. Leo Ducoudray et Alexius Clerc una cum Archiepiscopo Parisiensi Darboy die 24 maii mensis, PP. vero Olivaint, Caubert et de Bengy die 26 eiusdem mensis, horribili caede necati sunt; ignivomae enim ballistae missili plumbo iam saucios labantesque cuspidum ictibus aliisque vulneribus conficiunt impii; eaque ferocia saevitum est, ut dilaniata cor-

pora, avulsa membra, respersa omnia sanguine horrori spectantibus essent.

Eos populi vox Christi martyres praedicavit. Summus Pontifex Pius IX sa. me., in epistola eius nomine sequenti anno conscripta, hosce S. I. sodales tali elogio honestavit : *Qui, dominante in ista urbe impiorum tyrannide, in odium sacerdotii et christianae pietatis crudeliter perempti fuerunt.* Quae gravissima Summi Pontificis verba populari famae pro horum pugilum martyrio validissimum robur superaddunt. Iure autem meritoque haec martyrii fama, in hac nobili causa viget, quum idoneis etiam documentis sustentetur, quae rite perpensa ad effectum de quo agitur valida fuerunt habita.

Porro Ordinaria Parisiensis Archiepiscopi auctoritate anno 1872 fuerunt constructi Processus in Urbemque postea delati. Servatis de iure servandis, in Ordinariis Sacrae huius Congregationis comitiis die 13 aprilis 1893 habitis, Emo ac Revmo D. Cardinali Caietano Aloisi-Masella referente, Eíñi ac Revmi Patres Cardinales, omnibus perpensis quoque pluribus postulatoriis litteris, dubio quod Emus Ponens proposuerat: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur* responderunt : *Affirmative,* seu *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem Leoni Papae XIII a R. P. D. Laurentio Salvati, Promotore Fidei, relatione, Sanctitas Sua ob peculiaria temporum adiuncta mentem Suam aperire distulit. His vero mutatis, Sanctissimus D. N. Pius Papa XI, R. P. D. Salvatore Natucci, Promotore Generali Fidei, subsignata die referente, Commissionem Introductionis Causae Servorum Dei : Petri Olivaint, Leonis Ducoudray, Alexii Clerc, Ioannis Caubert et Anatolii de Bengy e S. I. sua manu dignatus est obsignare.

Datum Romae, die 17 februarii 1937.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. $ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

DECLARATIO

SUPER DECRETO QUOD INCIPIT « LEX SACRI COELIBATUS)) DIEI 18 **APRILIS** 1936

Evulgato per Commentarium Officiale Apostolicae Sedis (vol. XXVIII, pag. 242) Decreto, quod incipit « Lex sacri coelibatus » diei 18 aprilis 1936, quo absolutio ab excommunicatione de qua in can. 2388, § 1, quando agatur de sacerdote qui, matrimonio civiliter attentato, ad cor dein reversus, ad participationem sacramentorum more laicorum petat admitti, data quidem fide de absoluta perfectaque in posterum continentia perpetuo servanda, quamvis tamen ob gravissimas rationes cessare non valeat a cohabitatione sub eodem tecto cum suae disertionis complice, Sacrae Paenitentiariae Apostolicae, excepto casu periculi mortis, reservatur, non defuerunt nec desunt Canonistae et Moralistae qui docuerint ac doceant casum hunc nihil differre a casu aliarum censurarum, quae in casibus urgentioribus remitti possunt sub quibusdam conditionibus et clausulis a quocumque confessario vi can. 2254.

Haec interpretatio, a praefati Decreti nedum sensu sed et littera prorsus absona, nullo modo defendi potest, eo praesertim quia expresse edicitur absolutionem de qua agitur « *ab ipsa tantum Sacra Paenitentiaria Apostolica,* servata speciali procedendi forma et sub peculiaribus quibusdam cautelis et conditionibus ab eadem Sanctitate Sua patefactis ac praescriptis », concedi posse.

Nihilominus, ad omnem, si quae adhuc forte superesset, dubitationem penitus auferendam, Ssrñus Dominus Noster, in audientia infrascripto Card. Paenitentiario Maiori die 10 aprilis anni currentis impertita ad rem opportune interrogatus, suprema Sua auctoritate declarandum et, quo solet modo, publici iuris faciendum mandavit, hanc esse mentem Legislatoris, scilicet : Absolutionem a censura, de qua supra, ita esse Sacrae Paenitentiariae reservatam ut nemo unquam, excepto casu periculi mortis, ab ea absolvere possit, non obstante qualibet facultate,

sive per can. 2254, § 1, sive per privilegium, sive denique per aliud quodcumque ius ceteroquin concessa.

Datum Romae, e Sacra Paenitentiaria, die 4 maii 1937.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. © S. .

S. Luzio, *Regens.*

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

I

INDULGENTIAE PRO RECITATIONE DIVINI OFFICII CORAM SSMO SACRAMENTO, CLERICIS IN MAIORIBUS ORDINIBUS CONSTITUTIS OLIM CONCESSAE, AD CLERICOS OMNES NEC NON AD NOVITIOS ET STUDENTES INSTITUTORUM RELIGIOSORUM QUORUMCUMQUE EXTENDUNTUR.

DECRETUM

Quo ferventi studio Ssmus D. N. Pius Pp. XI, quem difficillimis hisce temporibus supremum pastorem et rectorem Ecclesiae suae Deus praeesse voluit, Ssmae Eucharistiae honorem fovere cultumque amplificare et propagare indesinenter curet, paene innumera gloriosi sui Pontificatus acta testantur, quorum non ultimum insignes favores spirituales impertiti clericis in maioribus ordinibus constitutis, qui divinum officium vel aliquam eius partem coram Ssmo Sacramento, seu publicae venerationi solemniter exposito, seu etiam in sacro tabernaculo, ut de more, asservato, pie recitaverint. Hac eadem mente, ut scilicet inneffabilis huius mysterii, miraculorum a Christo factorum maximi, Eiusque erga homines ardentissimae caritatis memorialis perpetui, cultores atque adoratores et numero et merito magis magisque in dies augeantur, nuperrime Sanctitas Sua, libentissime excipiens preces infrascripti Cardinalis Maioris Paenitentiarii, iam diu et pluribus ex orbis partibus ad id vehementer sollicitat^ in audientia die .13 currentis mensis et anni eidem concessa, Indulgentias omnes et singulas pro recitatione divini officii coram Ssmo Sacramento, ut supra dictum est, clericis in maioribus antea elargitas, ad clericos omnes, inde a prima tonsura, nec non ad novitios et studentes quorumcumque Institutorum Religiosorum, sive qui forte ex proprii Instituti constitutioni-

bus/sive etiam qui nullo .adhuc titulo ad eam recitationem adstringan-r tur, benevolentissime, sub iisdem clausulis et conditionibus, suprema Sua auctoritate, extendere dignata est; mandans ad quos spectat ut suam hanc gratiam, modo quo solet, quamprimum publici iuris fiat. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Paenitentiariae, die 31 martii 1937.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. S.

S. Luzio, *Regens.*

II

PIUM EXERCITIUM, QUOD DIEM SACERDOTALEM VOCANT, INDULGENTIIS DITATUR

DECRETUM

Pium exercitium offerendi Deo, stato die singulis mensibus, sanctam Missam et Communionem necnon omnes eiusdem diei orationes et quaecumque bona opera fiant pro Ecclesiae sacerdotibus et levitis, ut D. N. Iesus Christus, summus et aeternus sacerdos, eos sanctificet faciatque sacerdotes secundum cor suum, postquam a Sancta Sede specialibus privilegiis auctum est,[1] ita celeriter per orbem catholicum sese extendit, ut quamplurimi Sacrorum Antistites omnium fere nationum illud libentissime exceperint, tamquam menti Ecclesiae et pietati fidelium admodum consentaneum commendaverint, eorumque non pauci in propriae dioecesis ecclesiis publice peragi voluerint.

Tam felici permotus successu, infrascriptus Cardinalis Paenitentiarius Maior, vigore peculiarium facultatum a Ssmo D. N. Pio div. Providentia Pp. XI sibi tributarum, die 15 mensis decembris 1936, ad uberiores fructus spirituales ex praedicto pio exercitio assequendos, in favorem christifidelium eidem sive publice sive privatim operam dantium in aliqua ecclesia aut in publico vel (pro legitime utentibus) semipublico oratorio, Indulgentias quae sequuntur benigne concessit : 1. *plenariam,* prima feria quinta vel primo sabbato cuiuslibet mensis, feria quinta in Coena Domini, die festo beatae Virginis Mariae Reginae Apostolorum et diebus natalibus SS. Apostolorum, si praeterea peccata sua sacramentali paenitentia rite expiaverint et ad mentem Summi Pontificis preces fuderint;

[1] *Acta Ap. Sedis,* **vol. XXVIII, pag. 240.**

2. *partialem septem annorum,* aliis anni diebus quibus idem pium exercitium saltem contriti ac devote peregerint; atque insuper, 3. *partialem trecentorum dierum* pro iis qui invocationem : « *Iesu, Salvator mundi, sanctifica sacerdotes et levitas jkios* » saltem corde contrito ac pia mente recitaverint. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione, et contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Quam quidem concessionem Sibi relatam eadem Sanctitas Sua, in audientia infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 10 vertentis mensis concessa, benigne approbare et confirmare dignata est ac, quo solet modo, publicandam mandavit.

Datum Romae, ex Sacra Paenitentiaria die 12 aprilis 1937.

L. Card. LAURI, *Paenitentiarius Maior.*

L. $ S.

S. Luzio, *Regens.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 4 maggio 1937, ha avuto luogo nel Palazzo Apostolico Vaticano la S. Congregazione dei Riti *ordinaria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali componenti la medesima hanno espresso il loro giudizio inturno alla revisione degli scritti dei sotto indicati Servi di Dio: GIUSEPPE MARIA YEROVI, Vescovo, dell'Ordine dei Frati Minori; FRANCESCO GASCHON, sacerdote secolare; GIOVANNI MARIA ADOLFO CAMILLO COSTA DE BEAUREGARD, sacerdote secolare; LODOVICO VEDASTO DE SONIS, generale d'esercito; GIUSEPPE MARELLI, Vescovo di Acqui, fondatore degli Oblati di S. Giuseppe (Giuseppini d'Asti); EMMA DI GURK, contessa; RAFFAELA JBARRA DE VILLALONGA, vedova, fondatrice dell'Istituto degli Angeli Custodi; MARIA CROCIFISSA DI GESÙ, fondatrice delle Suore della Passione di N. S. G. C; PIETRO BENVENUTO NOAILLES, sacerdote, fondatore dell'Istituto delle Suore della Sacra Famiglia.

Martedì, 11 maggio 1937, nel Palazzo Apostolico in Castel Gandolfo, dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati ed i Revmi Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto:

I° sul dubbio detto del « Tuto » per la solenne canonizzazione del Beato Andrea Bobola, Martire, sacerdote professo della Compagnia di Gesù;

2° sul dubbio delle virtù in grado eroico, nella causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Serva di Dio Anna Maria Javouhey, fondatrice dell'Istituto delle Suore di S. Giuseppe de Gluny.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

23 aprile 1937. Il Revmo Padre Reginaldo Garrigou-Lagrange, dell'Ordine dei Frati Predicatori, *Consultore della S. Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

.7 maggio 1937. I Revmi Padri Cosma Sartori, dell'Ordine dei Frati Minori, e Agostino Tesio, della Compagnia di Gesù, *Consultori della 8. Congregazione dei Religiosi.*

17 » » S. E. Revma Monsig. Alessandro Evreinoff. Vescovo tit. di Pionia, e i Revmi Padri Arnoldo Lantschoot, dell'Ordine dei Premostratensi, e Simeone Vailhé, degli Agostiniani dell'Assunzione, *Consultori della 8. Congregazione per la Chiesa Orientale.* <

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

21 aprile 1937. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Nicola Canali, *Protettore della Congregazione del Terz'Ordine Regolare di 8. Francesco d'Assisi, di Graymoor* (Nuova York).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Provvidenza di Gorizia.*

28 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessio Ascalesi, *Protettore della Ven. Confraternita dì S. Leonardo, sotto il titolo di Maria Ssma Incoronata del Pianto, eretta nella Chiesa di S. Leonardo in Foligno.*

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore della Congregazione delle Suore di S. Giuseppe di Annecy.*

1 maggio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Boetto, *Protettore dell'Istituto delle Suore di Santa Maria Vergine* (S. Ippolito).

Assistente al Soglio Pontificio :

20 aprile 1937. S. E. Revma Monsig. Alberto Costa, Vescovo di Lecce.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

12 gennaio 1937. Monsig. Paolo Touzé, dell'archidiocesi di Parigi.

» » » Monsig. Maurizio Sudour, della medesima archidiocesi.

13 » » Monsig. Stanislao Courbe, della medesima archidiocesi.

» » » Monsig. Carlo Flaus, della medesima archidiocesi.

9 febbraio » Monsig. Arturo Giuseppe Hetherington, della diocesi di Calgary.

8 ' aprile 1937. Monsig. Giuseppe Corrigan, dell'archidiocesi di Filadelfia.
1 maggio » Monsig. Giacomo Guglielmo Gillespie, della diocesi di Davenport.
7 » » Monsig. Francesco Snichelotto, della diocesi di Vicenza.
9 » » Monsig. Pietro Ordiner, dell'archidiocesi di Udine.

Prelati Domestici di Sua Santità :

8 febbraio 1937. Monsig. Giovanni S. Smith, della diocesi di Calgary.
» » ~ » Monsig. Giuseppe Edgardo Joyal, della diocesi di Prince Albert.
19 aprile » Monsig. Cornelio D. McCarthy, della diocesi di Kansas City.
»)) » Monsig. Enrico P. Toeller, della diocesi di La Crosse.
» » » Monsig. Carlo Azzolini, della diocesi di Fidenza.
» » » Monsig. Alberto Marque, della diocesi di Grenoble.
» » » Monsig. Guglielmo Hawkswell, della diocesi di Leeds.
22 » » Monsig. Dionisio Luigi Lyons, della diocesi di Sant'Agostino.
» » » Monsig. Patrizio Giuseppe McGill, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giacomo Giuseppe Nunan, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Guglielmo Barry, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Guglielmo Giovanni Mullally, della medesima diocesi.
26 » » Monsig. Allyre Charest, del Vicariato Apostolico di Grouard.
28 » » Monsig. Udalrico Alberto Hauber, della diocesi di Davenport.
» » » Monsig. Giacomo Michele Dunnion, della medesima diocesi.
7 maggio » Monsig. Marco Scalco, della diocesi di Vicenza.
8 » » Monsig. Giuseppe Francesco Ryan, della diocesi di Hamilton.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine Piano:

20 aprile 1937. Al sig. comm. Giorgio de Sury d'Aspremont, Comandante della Guardia Svizzera Pontifìcia.
30 » » Al sig. dott. Domenico Romano (Italia).

Il'Cavalierato dell'Ordine Piano:

20 aprile 1937. Al N. TJ. Giulio dei Marchesi Pacelli, Guardia Nobile Pontificia.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

22 aprile 1937. Al sig. comm. ávv. Giovanni Segati, della diocesi di Padova.
23 » » Al sig. Germano Chavez (Bolivia).
30 » » Al sig. Giovanni Van Menten (Belgio).

La Commenda dell'Ordine di Gregorio Magno, classe civile:

11 gennaio 1937. Al sig. Giacomo Bouteron, dell'archidiocesi di Parigi.
15 aprile » Al sig. Ugo Tommaso Kelly, dell'archidiocesi di Toronto.
» » » Al sig. Francesco O'Connor, della medesima archidiocesi.
23 » » Al sig. Conte Nicola De' Claricini, della diocesi di Padova.
» » » Al sig. Conte Senatore Francesco Giusti, della medesima-diocesi.
» » » Al sig. Conte avv. Antonio Cattaneo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. ing. Silvio Lion, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Conte Leopoldo Ferri, della medesima diocesi.
30 » » Al sig. Giuseppe Bronckart (Belgio).
» » » Al sig. dott. ing. Pasquale Prezioso (Italia).
» » » Al sig. Leopoldo Delfino Parodi, della diocesi di Segni.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

11 gennaio 1937. Al sig. Giorgio Drilhon, dell'archidiocesi di Parigi.
» » » Al sig. Visconte Roberto De Mentque, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Enrico Van Lysebeth, della medesima archidiocesi.
6 febbraio » Al sig. Federico Pelletier, dell'archidiocesi di Montréal.
» » » Al sig. Bertoldo Imhoff, della diocesi di Prince Albert.
14 aprile » Al sig. dott. Clemente Morando, dell'archidiocesi di Torino.
» » » Al sig. C. Serafino Antony, dell'archidiocesi di Colombo.
17 » » Al sig. Carlo Breuer, della diocesi di Aquisgrana.
19 » » Al sig. Alberto Nepper, dell'archidiocesi di Malines.
22 » » Al sig. avv. Cesare Canella, della diocesi di Padova.
30 » » Al sig. Augusto de Veron de la Combe, della diocesi di Puy-en-Velay.

30 aprile 1937. Al sig. Renato Vermandere (Belgio).
» » » Al sig. Giovanni Boulai, dell'archidiocesi di Rennes.
5 maggio » Al sig. Gennaro Di Sabatino, della diocesi di Teramo.
» » » Al sig. avv. Attilio Masi, della medesima diocesi.

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe militare:

30 aprile 1937. Al sig. cav. Enrico Vannier, della diocesi di Quimper.

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

8 maggio 1937. Al sig. Natanaele Griffith, del Vicariato Apostolico del Basutoland.

La Commenda dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

11 marzo 1937. Al sig. Vito Guastadisegno, della diocesi di Andria.
16 aprile » Al sig. architetto Angelo Scattolin, del Patriarcato di Venezia.
27 » » Al sig. comm. Ageo Cidonio, dell'archidiocesi di Aquila.
» » » Al sig. avv. Michele Zacchi (Roma).
28 » » Al sig. rag. Angelo Belloni, della diocesi di Como.
29 » » Al sig. dott. Nicola Gentile (Roma).
» » » Al sig. rag. Antonio Gargano, dell'archidiocesi di Amalfi.
» » » Al sig. Giovanni Battista Chiarella, della diocesi di Chiavari.
5 maggio » Al sig. Giuseppe Di Biasio, della diocesi di Teramo.
7 » » Al sig. Tomislao Pracny, della diocesi di Diakovo.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

18 aprile 1937. Al sig. Sante Testa, della diocesi di Foligno.
19 » » Al sig. Umberto Aebischer, Capitano in 2ª nel Corpo della Guardia Svizzera Pontificia.
27 » » Al sig. Oscar Hermanczyk, della diocesi di Culma.
29 » » Al sig. Luigi Carli (Roma).
» » » Al sig. Albione Jette, dell'archidiocesi di Montreal.
30 » » Al sig. Carlo Penninck (Belgio).
» » » Al sig. Alessandro Le Goasguen, della diocesi di Quimper..
» » » Al sig. Eriberto Rossi, della diocesi di Carpi.
» » » Al sig. Edoardo Focherini, della medesima diocesi.
5 maggio » Al sig. Pietro Togni, della diocesi di Teramo.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S. :

4 marzo 1937. Monsig. Fortunato Fornasaro, della diocesi di Capodistria.
22 aprile » Monsig. Alberto De Filippis, della diocesi di Cava e Samo.
» » » Monsig. Giovanni O'Connor, della diocesi di Leeds.
29 » » Monsig. Vincenzo Lojali, della diocesi di Amelia.
» » » Monsig. Giovanni Leonardo Brekelmans, della diocesi di Bois-le-Duc.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

1 aprile 1937. Monsig. Enrico Marcon, dell'archidiocesi di Gorizia.
22 » » Monsig. Michele Bolecek, della diocesi di Mtra.

Cameriere d'onore di Spada e Cappa di S. S.:

18 febbraio 1937. Il sig. Pietro Hope, della diocesi di Southwark.

NECROLOGIO

3 maggio 1937. Monsig. Carlo di Gesù Mejia, Vescovo tit. di Ciana.
16 » » Monsig. Remigio Gandásegui y Gorrochátegui, Arcivescovo di Valladolid.
18 » » Monsig. Angelo Giacinto Scapardini, Arcivescovo-Vescovo di Vigevano.
» » » Monsig. Emilio Bongiorni, Vescovo tit. di Sasima.

An. et vol. XXIX 3 iulii 1937 (Ser. II, v. IT) - Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA pn PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE WUHIJ

VICARIATUS APOSTOLICUS DB W U H U IN SINIS DISMEMBRATUR ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE TUNKI ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Supremum Nostrum divinitus commissum munus apostolicum, quae ad catholicum nomen inter infideles magis ac facilius provehendum spectare censeantur, ea omni studio praestari a Nobis exigit. Qua re, libentissime annuentes precibus, quae Nobis obtulit venerabilis Frater Zeno Aràmburu, Episcopus titularis Eressiensis et Vicarius Apostolicus de Wuhu in Sinis, attenta quoque commendatione venerabilis Fratris Marii Zanin, Archiepiscopi titularis Traianopolitani in Rhodope, Delegati Apostolici in Sinis, prae oculis habentes Vicariatus illius peculiares locorum et incolarum condiciones, ac potissimum nimiam ipsius territorii amplitudinem, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, omnibus mature perpensis, meridionalem partem ex eodem Vicariatu distrahere et in missionalem sui iuris circumscriptionem, in Praefecturam videlicet Apostolicam erigere statuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant con-

sensu, de apostolicae potestatis plenitudine, e Vicariatu Apostolico de Wuhu civiles subpraefecturas de *Tsiki, ñhenhsien, Siuning, Kimen, Ihsien* in civili provincia de Anhwei, nec non civilem subpraefeeturam de *Wuyuan* in provincia civili de *Kiangsi* seiungimus ac separamus, harumque territorium, iisdem finibus quibus subpraefecturae ipsae circumscriptum, in novam Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus, eamque, a principe subpraefecturae de Siuning urbe, de *Tunki* nuncupari statuimus, atque Missionariis Filiis Immaculati Cordis Beatae Mariae Virginis, qui quintum iam annum in regione illa apostolico studio adlaborant, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, concredimus. Huic igitur novae Praefecturae de *Tunhi* eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die vicesima secunda mensis februarii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius** S. **R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Dominicus Spolverini, *Archiep. Larissen. Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco ffî Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVI, n. 56 _ **Al. Trussardi.**

II

DE LOLO

VICARIATUS APOSTOLICUS DE BUTA DISMEMBRATUR ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA ((DE LOLO ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo facilius aptiusque christiano nomini inter infideles propagando consulatur, maxime opportunum videtur latissima plerumque missionum territoria in partes dividere novasque erigere missiones aliis Evangelii praeconibus concredendas. Quod quidem in praesenti faciendum duximus in amplissimo Vicariatus Apostolici de Buta in Congo Belgico territorio. De consulto itaque venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum, qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, tenore praesentium, a Vicariatus Apostolici de Buta territorio totam regionem separamus, quae districtus *de Lolo* et *de Moenge* cum eiusdem nominis missionalibus stationibus, necnon statione *de EJcama* complectitur, eamque in novam Praefecturam Apostolicam *de Lolo* nuncupandam erigimus et constituimus, atque dilectorum filiorum Ordinis Praemonstratensis Patrum ex Abbatia Postulensi, qui sedulo tantoque ibidem studio adlaborant missionalibus curis, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concredimus. Novae igitur huic Praefecturae Apostolicae *de Lolo* eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum autem Litterarum transumptis aut excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini vero hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei

contraire liceat. Si **quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis** Dei **et beatorum** Apostolorum Petri **et** Pauli **se noverit incursurum.**

Datum Romae **apud** S. Petrum, **anno** Domini **millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die vicesima secunda mensis februarii,** Pontificatus Nostri **anno sextodecimo.**

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Carolus Eespighi, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

Reg. in Cano. Ap., Vol. LVI, n. 54 — **Al. Trussardi.**

III

DE BAMAKO

EX VICARIATUS APOSTOLICI DE BAMAKO IN APRICA OCCIDENTALI GALLICA TERRITORIO PARS SEIUNGITUR ET EX EA NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE NZEREKORE)).

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo **ex** Evangelii **praeconum laboribus ad** Christi **regnum inter infideles latius dilatandum uberiores percipiantur fructus, absque** dubio **valde prodest vastissima plerumque missionum territoria in partes dividere et novas exinde missiones constituere.** Cum **itaque in** Africae Occidentalis Gallicae **regionibus** Vicariatus Apostolicus **de** Bamako, Societati Missionariorum Africae **concreditus, in immensam pateat amplitudinem, Opportunum visum est partem ex illo distrahere in novam erigendam missionem, quo facilius aptiusque incolarum ibi degentium evangelizationi consulatur.** Quapropter, **de venerabilium** Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi **de** Propaganda Fide **praepositorum consilio, deque apostolicae** Nostrae **potestatis plenitudine, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum** qui **sua interesse praesumant consensu, ex praefato** Vicariatu Apostolico **de** Bamako totam **illam disiungimus partem,** quae in civili colonia Guineae Gallicae sita

est, atque ex ea novam erigimus Praefecturam Apostolicam, quae a Vicariatu Guineae Gallicae, ab occidente usque ad orientem versus, divisa sit per lineam rectam ductam a dextera loci, qui dicitur *Tamba,* usque ad dexteram loci nomine *Koubi* (quae tamen duo loca Vicariatui Guineae Gallicae assignata maneant); dein per cursum fluminis *Tinkisso* usque ad ipsum in *Niger* flumen confiuens; postea per fluminis *Niger* cursum usque ad illius et *Milo* fluminis confluentem; inde per totum *Milo* fluminis cursum; dein per lineam rectam ab huius fluvii scaturigine usque ad *Diani* fluminis scaturiginem; denique per huius *Diani* fluminis cursum usque ad Statum Liberiae. Novam hanc Praefecturam Apostolicam, ita limitibus circumscriptam, *de Nzerekore* nuncupati volumus, eamque Societati quam supra diximus Missionariorum Africae, qui in ea regione iam diu sedulo adlaborant, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, per praesentes committimus. Huic autem Praefecturae de Nzerekore eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris tribueretur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum..

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die nona mensis martii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Gard. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. G. de Propaganda Fide Praef.

Ludovicus Kaas, *Protonotarius Apostolicus.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Protonot. Apost.*

Loco £B Plumbi -

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVI, n. 58. — Al. Trussardi.

IV

DE BAMAKO ET ALIARUM

VICARIATUUM APOSTOLICORUM DE BAMAKO ET DE OUAGADOUGOU ET PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE BOBO-DIOULASSO FINES IMMUTANTUR ATQUE PRAEFECTURA DE BOBO-DIOULASSO IN VICARIATUM APOSTOLICUM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad Christi regnum inter infideles gentes latius prolatandum et evangelii praeconum operam faciliorem utilioremque reddendam procul dubio magnopere prodesse apparet apta ac recta enascentium ecclesiarum circumscriptio, quae locorum rerumque adiunctis magis respondere videatur. Quum itaque ad evangelizationis opus in Africa Occidentali Gallica aptius peragendum quaedam immutatio in Vicariatuum Apostolicorum de Bamako et de Ouagadougou ac Praefecturae Apostolicae de Bobo-Dioulasso territoriis, in quibus Societatis Missionariorum Africae sodales iam diu impense adlaborant, in dies urgentior visa sit, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto, ad novam illarum Missionum finium circumscriptionem deveniendum esse duximus. Prae oculis insuper habentes praestantem catholicae religionis profectum in memorata Praefectura de Bobo-Dioulasso postremis hisce annis, Deo auctore, apostolico potissimum praefatorum Missionariorum Africae Societatis studio obtentum, Praefecturam illam ad Vicariatus Apostolici gradum evehere statuimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de apostolicae potestatis plenitudine, a Praefectura Apostolica de Bobo-Dioulasso districtus de *Dmvdougou* et de *Belekouo* seiungimus eosque Vicariatus Apostolici de Bamako territorio adnectimus; a Vicariatu insuper de Ouagadougou territoria separamus, quibus nomina *Dagari de Niego* et *Dagari de Bozo* indita sunt, et Praefecturae de Bobo-Dioulasso territorio unimus. Hanc vero Praefecturam, ita novis definitam limitibus, ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem, eodem servato nomine, evehimus et extollimus, cum omnibus iuribus et privilegiis, honoribus et potestatibus, nec non oneribus et obligationibus ad Vicariatus Apostolicos eorumque Vicarios iure communi spectantibus. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impres-

sis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si exhibitae vel Ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, unionis, evectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die nona mensis martii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef,

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apost.*
f Dominicus Spolverini, *Arch. Larissen., Protonot. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVI, n. 59. — Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

BASILICAE MINORIS HONORIBUS DECORATUR TEMPLUM PAROECIALE SANCTO NICOLAO E. C. INTRA FINES CIVITATIS BONAERENSI S DICATUM.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum insistentes vestigiis, quae in orbe catholico templa perspicuis rationibus excellere videantur, ea consuevimus peculiaribus honoris titulis privilegiisque locupletare, ut eadem christifideles et qua maiore fieri potest reverentia colant et animorum ardore Deum precaturi invisant. Quam ob rem cum rector paroeciae Sancti Nicolai Episcopi et Confessoris intra fines civitatis atque archidioecesis Bonaërensis enixas ad Nos preces admovent ut paroeciae suae templo dignitatem, titulum ac privilegia Basilicae Minoris pro benignitate Nostra impertiri dignemur, Nos huiusmodi precibus annuendum ultro libenterque censemus. Quandoquidem ex ipsius rectoris testimonio compertum habemus templum paroeciale memoratum inter praecipua sacra monumenta archidioecesis Bonaërensis locum obtinere conspicuum; nam antiquitate, structura, artis operibus, copiosae supellectilis magnificentia idem fulget; praeterea ad ipsum pietate ac frequentia magna conveniunt paroeciae fideles qui in Actionem

Catholicam fovendam incumbunt, piis praesertim coetibus adscripti, quos inter Sanctissimi Sacramenti Sodalitas, Vincentiana Caritatis Societas, Apostolatus Orationis, Sancti Aloysii Gonzagae et Sanctae Theresiae a Puero Iesu Congregationes, memoranda sunt. Cum igitur velimus Nos etiam christifidelibus non modo paroeciae sed totius archidioecesis stimulum addere ut maiore in dies prosequantur veneratione hoc templum, quod in honorem Sancti Nicolai Episcopi Confessoris, est Deo dicatum Bonaerensi in urbe, ac nuperrime Patriarchali quoque Basilicae Vaticanae aggregatum est, libenter quidem exceptis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Bonaërensium Archiepiscopi commendationibus, collatisque consiliis cum Dilecto Filio Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Congregationis Sacrorum Rituum Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi, perpetuumque in modum, bonaerense, quod supra memoravimus, Sancti Nicolai Episcopi Confessoris templum paroeciale dignitate ac titulo *Basilicae Minoris* honestamus, cum omnibus honorificentiis privilegiisque, quae sacris aedibus hoc titulo et dignitate insignitis de iure competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec statuimus, largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v m. martii MCMXXXVII, Pontificatus Nostri decimo sexto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTULAE

I

AD EMUM P. D. LAURENTIUM TIT. SANCTI PANCRATII S. R. E. PRESB. CARD. LAURI, PAENITENTIARIUM MAIOREM EUMDEMQUE SACRI COLLEGII CAMERARIUM, APPETENTE NATALI QUINQUAGESIMO SACERDOTII EIUS.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Inter assiduas Apostolici ministerii curas magnae Nobis iucunditati exstat gaudia eorum participare, qui, ad amplissimum Senatum Nostrum

adlecti, iugem fructuosamque Nobis operam afferunt in Ecclesia universa moderanda. Itaque libenti nuper animo audivimus, te in eo iam esse, ut dena ab inito sacerdotio lustra feliciter peragas. Quid enim gratius contingere tibi potest, quam ut memoria répétas tot beneficia in hac temporis diuturnitate a Deo accepta, quae e sacro Ordine, tamquam e primo fonte, quodammodo Auxerunt? Hisce autem supernis donis tu quidem fideli voluntate respondisti; immo ab ipsis sacerdotii exordiis omnia studia ac labores ad animarum bonum Ecclesiaeque utilitatem sedulo impendisti, antea sacram theologiam in Seminario Romano inque Collegio Urbano de Propaganda Fide diu sollerter que tradendo, deinde graviora munera in Cancellaria Apostolica obeundo. Quum vero, ad dignitatem episcopalem evectus, Legati Pontificii partes sustinuisti, industria navitasque tua luculenter enituit, sive in Peruviensi, sive in Polonica Republica, ad quam subinde post Legationem a Nobis gestam translatus fuisti. Inter cetera eiusmodi erga Ecclesiam promerita placet Nobis memorare diuturnam egregiamque operam, qua ipse tractatus et colloquia de conventione a Polonia cum Apostolica hac Sede ineunda, inter tot difficultates, quibus nova illa Respublica premebatur, ad felicem exitum perduxisti. Quare Nostrae iam pridem existimationis testimonia tibi dare voluimus, quum te Romanae purpurae honore decoravimus et Paenitentiarium Maiorem constituimus. Nunc vero, faustam iubilaei tui sacerdotalis opportunitatem libenter nacti, novum tibi Nostrae benevolentiae specimen exhibere cupientes, per has Litteras tibi, Dilecte Fili Noster, dé diuturno sacro munere actuose peracto iucunde gratulamur, sacrique eventus celebrationem Nostris votis ominibusque prosequimur. Deum interea instanter rogamus, ut te, caelestibus donis solaciisque recreatum, longum adhuc in aevum incolumem servare benigne velit. Horum quidem caelestium munerum in auspicium inque praecipuae caritatis Nostrae pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, tuisque coniunctis, amicis laborumque sociis amantissime in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die xxx mensis maii, anno MDCCCCXXXVII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. IOSEPHUM ERNESTUM TIT. SANCTAE MARIAE DE ARACOELI S. R. E. PRESB. CARD. VAN ROEY, ARCHIEPISCOPUM MECHLINIENSEM, QUINTUM CONCILIUM PROVINCIALE MECHLINIENSE CELEBRATORUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Singulari animi delectatione recens accepimus, in praeclara ista metropolitana Ecclesia quintum Concilium Provinciale Mechliniense proxime celebratum iri. Peropportune enim, nondum a postremo Concilio expleto vicennii tempore a iure Canonico concesso, novum istud convocatur, quum celérrima rerum vicissitudo vigilantiam Pastorum exacuat, ut permutatis non parum temporibus congruentiores pastoralis officii normae respondeant. In proximis enim coetibus quaestiones maximi momenti agitandae proponuntur, quae attinent praesertim ad auctoritatem omni ratione inspiciendam, ad christianum connubium domesticumque convictum, ad recentiora auxilia, quibus doctrinae atque opiniones latissime in vulgus eduntur, ad Actionis Catholicae moderamen atque incrementum, ad plura alia, quae usus christianae vitae bonorumque morum haud parum intersunt. Itaque Nos, de universae Ecclesiae bono indesinenter solliciti, oculos animumque paternum libentissime ad hanc regionem convertimus, ubi catholica religio tot institutis operibusque florentibus viget, simulque, proximi Concilii apparatus atque inceptis merita laude commendantes, laetis ominibus ac votis eiusdem studia prosequimur. Minime autem dubitamus, quin, gravibus quaestionibus superno Sancti Spiritus lumine exploratis, ex collatis tam sollertium Pastorum consiliis profecturae sint normae, cuiusque clero et fidelibus sequendae, quae ad praecipua bona humanae societatis tuenda, ad catholicam religionem fovendam, ad saluberrimum Christi Regnum amplificandum plurimum conferre valeant. Cuius quidem felicissimi Congressionis exitus praenuntia et peculiaris Nostrae dilectionis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, ceterisque sacrorum Antistitibus, cunctisque iis, qui Concilio aderunt, peramanter in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die **xxxi** mensis maii, anno **MDCCCCXXxvii,** Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XI

III

AD EMUM P. D. RAPHAELEM CAROLUM TIT. SANCTAE PRAXEDIS S. R. E. PRESB. CARD. ROSSI, SACRAE CONGREGATIONIS CONSISTORIALIS SECRETARIUM, ANNO QUINQUAGESIMO EXEUNTE A PIA MISSIONARIORUM A SANCTO CAROLO SOCIETATE CONDITA.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Iucundo sane animo recens certiores facti sumus, Piam istam Missionariorum a Sancto Carolo Societatem, cui ipse alacri studio moderaris, vertente hoc anno decem lustra feliciter celebraturam esse, ex quo Ioannis Baptistae Scalabrini, egregii Placentinorum Episcopi, opera auspicato condita est. Hac enim haud brevi annorum serie peropportunum eiusmodi Institutum, votis propositisque praeclari sui Conditoris plane respondens, Christifidelibus ex Italia in dissitas Americae plagas demigrantibus tot sacri ministerii praesidiis adesse numquam destitit, luculenta industriae caritatisque christianae proferens documenta. Postquam autem Societas ipsa Missionariorum, tam bene de Ecclesia merita, anno sancto MDCCCCXXV Sacrae isti Congregationi Consistoriali auctoritate Nostra commissa est, peraucto sodalium et novitiorum adiutorumque numero, domibus plurifariam redintegratis vel ex novo aedificatis, multiplicatis quoque sacrae educationis caritatisque operibus, mira profecto accepit incrementa. Quapropter animo divinae Liberalitati pergrato hanc quinquagenariam memoriam paterne commendantes, tibi, Dilecti Fili Noster, cunctaeque Missionariorum a Sancto Carolo Societati laeti gratulamur, precesque Deo adhibemus, ut salutaria huiusmodi incepta ac studia, gratiarum suarum copia roborata, ad felicissimos exitus perducat. Hisce votis omninibusque Nostris, in auspicium divini ipsius praesidii, inque praecipuae dilectionis Nostrae pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, domorumque Societatis moderatoribus cunctisque sodalibus, alumnis atque adiutoribus peramanter in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam die i mensis iunii, anno MDCCCCXXXVII., Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

i

DECRETUM

DE NOVIS CULTUS SEU DEVOTIONIS FORMIS NON INTRODUCENDIS DEQUE INOLITIS IN RE ABUSIBUS TOLLENDI S.

Iam olim Sacrosancta Tridentina Synodus (Sess. XXV, *De invocat., venerat, et reliquiis Sanctorum et sacris imaginibus),* praemissa declaratione de legitimitate cultus Sanctorum et usus eorum imaginum ad beneficia a Deo impetranda, solemniter monebat, ut, si quos forte in has sanctas et salutares observationes abusus irrepere vel irrepsisse comperissent, solerter curarent Episcopi eos prorsus aboleri, ita ut nullae falsi dogmatis imagines et rudibus periculosi erroris occasionem praebentes statuerentur; omnis superstitio in Sanctorum invocatione et imaginum sacro usu tolleretur; omnis turpis quaestus eliminaretur; ac nihil demum inordinatum aut praepostere et tumultuarie accommodatum, nihil profanum nihilque inhonestum appareret.

Hisce praescriptionibus inhaerentes, officio non defuerunt Romani Pontifices eas, data occasione, ad memoriam identidem revocandi earumque plenam observantiam inculcandi. Ex his praesertim sanctae recordartionis Pius Pp. IX, per Decretum S. Officii latum die 13 ian. anno 1875, suprema Sua auctoritate, mandavit « monendos esse scriptores qui ingenia sua acuunt super argumentis quae novitatem sapiunt ac, sub pietatis specie, insuetos cultus titulos etiam per ephemerides promovere student, ut ab eorum proposito desistant ac perpendant periculum, quod subest, pertrahendi fideles in errorem etiam circa Fidei dogmata et ansam praebendi religionis osoribus ad detrahendum puritati doctrinae catholicae ac verae pietati ».

Haec autem in Codicem Iuris Canonici, iisdem pene verbis, canonibus praesertim 1259, 1261 et 1279 demum relata, novissime confirmata sunt.

Dolendum tamen est tot tamque gravibus Supremae Auctoritatis Ecclesiasticae monitionibus atque iniunctionibus non plene hucusque obtemperatum esse. Quin immo neminem iam latet novas huiusmodi cultus et devotionis formas, nonnunquam ridiculas, plerumque aliarum similium iam legitime statutarum inutilem imitationem vel etiam contaminationem, his potissimum postremis temporibus, pluribus in locis, acatholicis maxime mirantibus acriterque obtrectantibus, in die multiplicari atque inter fideles latius propagari.

Iterum igitur iterumque Suprema haec Sacra Congregatio Sancti Officii, Fidei morumque puritati atque integritati tutandae praeposita, de expresso mandato Ssmi D. N. Pii divina Providentia Pp. XI, Sacrorum Antistitum, ubique orbis catholici animarum curam gerentium, zelum ac pastoralem sollicitudinem, onerata eorum conscientia, vehementer excitat, ut strictissimam tandem aliquando memoratarum monitionum atque iniunctionum observantiam urgeant, abusus qui iam irrepserint firmiter abolendo et ne novi irrepant diligentissime cavendo.

Quae quidem idem Sanctissimus Dominus Noster in solita audientia E. P. D. Adsessori die 20 labentis mensis maii impertita, in omnibus et singulis adprobare et confirmare dignatus est, praesensque Decretum publicari iussit.

Datum Romae ex Aedibus Sancti Ofiicii, die 26 maii anno 1937.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

II

DECRETUM

CIRCA CAN. 1127 CODICIS IURIS CANONICI

In plenario conventu huius Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii, habito Feria IV, die 5 maii 1937, propositis dubiis :

1. Utrum in matrimonio contracto a duobus acatholicis dubie baptizatis, in casu dubii insolubilis circa Baptismum, possit permitti alterutri parti ad Fidem conversae usus Privilegii Paulini vi can. 1127 Codicis Iuris Canonici?

2. Utrum in matrimonio contracto inter partem non baptizatam et partem acatholicam dubie baptizatam, in casu dubii insolubilis de Baptismo, possint Ordinarii alterutri parti ad Fidem Catholicam conversae permittere usum Privilegii Paulini vi can. 1127?

Emi ac Revmi Patres Dûi Cardinales Fidei morumque integritati tutandae praepositi, omnibus mature perpensis, respondendum decreverunt :

Ad 1. Negative.

Ad 2. Recurrendum ad S. Officium in singulis casibus.

Hanc vero Emorum Patrum resolutionem, in audientia E. P. D. Adsessori S. Officii die 13 eiusdem mensis et anni impertita, Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Papa XI adprobare et Suprema Sua Auctoritate confirmare dignatus est, ac publici iuris fieri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 10 iunii 1937.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

III

DECRETUM

DAMNATUR LIBER CUI TITULUS « IL RAZZISMO », AUCTORE G. COGNI

Feria IV, die 9 iunii 19S7

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in indicem librorum prohibitorum inserendum mandar un t librum qui inscribitur :

G. COGNI, *Il razzismo,* Milano-Parigi, 1937.

Et sequenti Feria V, die 10 eiusdem mensis et anni, SSKLUS D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XI, in solita audientia Excmo P. D. Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 19 iunii 1937.

I. Venturi, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PORTALEGRENSIS IN BRASILIA ET S. MARIAE

DECRETUM

MUTATIONIS FINIUM

Ioannes Becker, Archiepiscopus Portalegrensis in Brasilia, postulavit ab Apostolica Sede ut territorium amplectens municipia *Rio Pardo* et *Candelaria* a dioecesi S. Mariae, ad quam pertinet, dismembraretur et archidioecesi Portalegrensi adiungeretur, quo eius administrationi facilius consuli posset.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, petitionis opportunitate perpensa, attento favorabili voto Excmi P. D. Benedicti Aloisi Masella, Archiepiscopi titularis Caesariensis in Mauretania et Nuntii Apostolici in Brasiliana Republica, nec non consensu Ordinarii dioecesis S. Mariae, Apostolicae potestatis plenitudine atque suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, statuit, vi praesentis Consistorialis Decreti, ut praefatum territorium a dioecesi S. Mariae dismembretur et archidioecesi Portalegrensi perpetuo incorporetur, mutatis hac ratione finibus inter memoratas dioeceses.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputavit memoratum Nuntium Apostolicum, eidem tribuens facultates omnes ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; facto onere intra sex menses mittendi ad hanc S. Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 13 februarii 1937.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. © S.

V. Santoro, Adsessor.

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 26 aprilis 19S1. — Cathedrali Ecclesiae Vivariensi praefecit R. D. Alfridum Couderc, parochum in dioecesi Ruthenensi.

die 1 maii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Bizyenae Exc. P. D. Aloisium Altamirano Bulnes, hactenus Episcopum Tulancingensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Leopoldi Ruiz y Florez, archiepiscopi Moreliensis.

die 26 maii. — Cathedrali Ecclesiae Syracusensi R. D. Gualtierum A. Foery, parochum ecclesiae Ssmi Rosarii in dioecesi Roifensi.

die 29 maii. — Cathedrali Ecclesiae Leavenworthiensi R. D. Paulum Schulte, parochum ecclesiae S. Ludovici in archidioecesi S. Ludovici.

die 2 iunii. — Cathedrali Ecclesiae Gravelburgensi Exc. P. D. Iosephum Guy, hactenus episcopum titularem Zertensem.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

DECRETUM

QUO VICARIATUS APOSTOLICUS OCEANIAE CENTRALIS DEINCEPS VICARIATUS APOSTOLICUS INSULARUM TONGA APPELLABITUR.

Cum Excmus Dominus Iosephus F. Blanc, Vicarius Apostolicus Oceaniae Centralis, ab hac S. Congregatione Fidei Propagandae enixe expostulasset ut suus Vicariatus in Vicariatum Apostolicum « Insularum Tonga)) opportune in posterum nomen mutaret, Emi Patres huic S. Consilio Christiano Nomini Propagando praepositi, in plenariis comitiis die 12 mensis aprilis habitis, omnibus in re perpensis, precibus memorati Praesulis adnuendum esse censuerunt.

Quam quidem Emorum Patrum sententiam Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Pp. XI in Audientia infrascripto Secretario S. C. de Propaganda Fide insequenti die 13 mensis aprilis concessa, ratam confirmatamque habuit ita ut Vicariatus Apostolicus hactenus « Oceaniae centralis » appellatus, in posterum Vicariatus Apostolicus « Insularum Tonga » nominaretur. Praesens insuper in re Decretum confici et expediri mandavit.

Gontrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem S. O. de Propaganda Fide, die 13 mensis aprilis a. D. 1937.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. © S.

f C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

II

DECRETUM

QUO MISSIO SUI IURIS DE ILAN IN MANCIURIA IN POSTERUM MISSIO SUI IURIS DE KIAMUSZE APPELLABITUR.

Cum Missionis sui iuris de Ilan, in Manciuriano Imperio, Administrator Apostolicus orasset ut nomen mutaretur in « Missionis sui iuris de Kiamusze », quia, novis constitutis circumscriptionibus civilibus, Ilan gradum amisisset urbis principis provinciae et e contra Kiamusze eiusmodi gradum acquisivisse!, Emi Patres huic Sacrae Congregationi praepositi, in sollemnibus comitiis die 12 vertentis mensis aprilis celebratis, petitioni censuerunt annuendum esse.

Quam Emorum Patrum sententiam, Ssmus D. *N.* Pius Div. Prov. Pp. XI, in concessa Audientia infrascripto Secretario S. C. de Propaganda Fide hac die 13 mensis aprilis, ratam confirmatamque habuit et Missionem sui iuris quae usque adhuc de Ilan nominata est, « Missionem sui iuris de Kiamusze » nuncupari iussit. Cuius rei documentum praesens Decretum confici mandavit et expediri.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem S. C. de Propaganda Fide, die 13 mensis aprilis a. D. 1937.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. © S.

f C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

III

DECRETUM

QUO PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE CHUCHOW)) IN POSTERUM « DE LISHUI » APPELLABITUR.

Cum non ita pridem urbs Cbuchow in Sinis, in Provincia Chekiang, quae urbs sedes est Praefecturae Apostolicae eiusdem nominis, novo appellata sit vocabulo Lishui, et in praesentiarum vetus nomen a nemine adhibeatur nec in registris Publici Cursus reperiatur, visum est Revmo Patri, supradictae Praefecturae Apostolicae Praefecto, mutationem petere nominis in documentis et actibus etiam ecclesiasticis, ita ut quae hucusque Praefectura Apostolica de Chuchow dicta est, Praefectura de Lishui in posterum vocetur.

Quam petitionem, ab Excmo P. D. Mario Zanin, Archiepiscopo Traianopolitano in Rhodope et in Sinis Apostolico Delegato commendatam, Eminentissimi Patres huic S. Congregationi praepositi, in sollemnibus comitiis die 10 mensis maii celebratis, admittendam esse censuerunt, mutationemque nominis decreverunt.

Ssmus autem D. N. Pius Div. Prov. Papa XI, in audientia infrascripto Secretario S. C. de Propaganda Fide hac die 18 mensis maii concessa, Emorum Patrum sententiam ratam habuit et confirmavit, quaeque hucusque Praefectura Apostolica de Chuchow nominata est, eamdem Praefecturam Apostolicam de Lishui nuncupari iussit. Cuius rei documentum praesens Decretum confici mandavit et expediri, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die XVIII mensis maii, a. D. 1937.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. © S.

f C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

IV

PROVISIOECCLESIARUM

Singulis ut infra datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando, Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum :

die 5 februarii 1937. — Titulari episcopali Eccl. Philomeliensi praefecit Exc. P. D. Ianuarium Hayasaka, hactenus Episc. Nagasakiensem.

25 martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Metelitanae R. P. Aloysium Santa, sodalem instituti Missionum a Consolata, quem constituit Vicarium Apostolicum de Gimma.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Pergensi Exc. P. D. Ioannem M. Aemilium Castellani, hactenus Archiepiscopum Rhodiensem, quem constituit Vicarium Apostolicum de Addis Abeba.

die 13 aprilis. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Gabulensi R. P. Patricium Finbarrum Ryan, O. P., quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Archiepiscopi Portus Hispaniae.

— Ecclesiae archiepiscopali Delhiensi et Simlensi R. P. Patricium Mulligan, O. M. Cap.

— Titulari Ecclesiae Busiritanae R. P. Ignatium Arnoz, e Congregatione Missionariorum de Mariannhill, quem constituit Vicarium Apostolicum de Bulawayo.

— Titulari Ecclesiae Goritanae R. P. Emanuelem Hanisch, e Congregatione Missionariorum de Mariannhill, quem constituit Vicarium Apostolicum de Umtata.

V

DESIGNATIONES PRO APPELLATIONE

Iuxta can. 1594 § 2 Codicis iuris canonici, pro appellatione Vicarius Apostolicus Daniae designavit Tribunal Vicariatus Apostolici Sueciae. Quam designationem Ssmus D. N. Pius XI in Audientia diei 9 martii approbavit.

Item Abbas S. Alexandri de Oroshi designavit ad eundem effectum Tribunal Archidioeceseos Scodrensis, approbante Ssmo in Audientia diei 1 aprilis 1937.

Similiter Praefectus Apostolicus Fluminis Magdalenae designavit Tribunal Archiepiscopi Metropolitam Medellensis, et Vicarius Apostolicus de Batavia designavit Tribunal Vicariatus Apostolici de Padang. Quas designationes Ssmus ratas habuit in Audientia diei 23 aprilis 1937.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

EDMONTONEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI VITALIS IUSTINI GRANDIN, EPISCOPI SANCTI ALBERTI, E CONGREGATIONE OBLATORUM MARIAE IMMACULATAE.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Dum Christus in eo erat ut ad Patrem reverteretur, Apostolis discipulisque, quasi supremum mandatum commendans : *Euntes,* ait, *in universum mundum,* praedicate evangelium *omni creaturae* (Marc, XVI, 15). Divinum hoc iussum veluti sibi suaeque Congregationi datum generoso animo insignis ille vir accepit, cuius laus in Ecclesia merito personat, Servus Dei Eugenius de Mazenod, Massiliensis Episcopus, Congregationis Oblatorum B. Mariae Virginis Immaculatae fundator. Is, animarum zelo exardescens, non solum ad excolendos fideles, sed et ad infideles populos Christo adiungendos, suos spirituales filios misit, novoque ausu eos, inde ab anno 1841, ad evangelizandas extremas Borealis Americae oras impulit, unde asperrima diuturnae hiemis f rigora, una cum rerum omnium egestate, apostolicos conatus videbantur repellere.

Hisce missionibus a. 1854 Servus Dei, de quo in hoc decreto agitur, additus est, in eisque vitam consummavit.

Nonus ex 14 filiis Ioannis Grandin et Mariae Veillard, pauperum quidem sed piissimorum coniugum, in oppido « Saint-Pierre-sur-Orthe » in Gallia, die 8 februarii a. D. 1829, natus est eodemque die baptizatus Vitalis Iustinus, qui a matre praegnante B. Mariae Virgini iamdudum oblatus fuerat, futuram nascituri filioli vocationem veluti praesagiente.

Mature ad Eucharisticam mensam admissus, sacroque chrismate linitus, parentum curis optatisque respondens, Vitalis miras ad pietatem progressiones fecit primasque ad se Dei servitio mancipandum motiones persensit.

Gregem ducens, totum quod ei supererai tempus, in oratione puerulus impendebat.

- Faventibus optimis parentibus, piaque matrona cooperante, Vitalis Cénomanum se transtulit, ubi primis litterarum rudimentis a fratre, episcopalis seminarii alumno, fuit imbutus. Dein et ipse, Sacerdote Sebaux opem praebente, Seminarium est ingressus. Quum autem ob humilitatem de missionali Instituto capessendo Vitalis haesitaret, idem Sacerdos B. Pauli verba : *Infirma mundi elegit Deus* obiiciens, ei animum addidit, viamque stravit ut inter Oblatos B. Mariae V. Immaculatae ab ipso Fundatore de Mazenod reciperetur. Institutum die 21 de^ cembris mensis a. 1851 ingressus, die 1 ianuarii a. 1853 religionis vota nuncupavit : Sacrisque initiatus, die 23 aprilis, Dominica *in albis,,* a. 1854 ad Presbyteratus ordinem promotus. Ad Canadenses missiones eodem anno profectus est, atque primum in vastissima S. Bonifacii Dioecesi apostolico evangelizandi ministerio totum se dedit sub sapienti Episcopi S. Bonifacii, Alexandri Taché O. M. I., regimine. Tres post annos, tanta virtutum omnium specimina exhibuit, ut Episcopus titularis Satalensis et antistitis S. Bonifacii coadiutor, *ut dignissimus inter dignos* eligeretur. Episcopalem consecrationem a. 1859 Massiliae per manus Episcopi de Mazenod accepit die S. Andreae Apostoli natalitio. Ad suam missionem reversus, eodem quo antea zelo adlaboravit. Quum autem a. 1871 Vicariatus Apostolicus de Saskaciuan in Dioecesim a S. Alberto nuncupatam erectus fuerit, primus novae Dioecesi Episcopus, Servus Dei datus est. In quo amplissimo ac diûîcillimo apostolatus campo, vix dixeris qua animi alacritate, qua fortitudine, quo zelo adlaboraverit. Nullis deterritus periculis, nullis laboribus fractus, opere vere potens et sermone, suis missionariis, uti strenuus dux, ad animas conquirendas anteibat. Triginta annos dioecesim in exemplum rexit, divini Pastoris fidelem imaginem referens.

Meritis plenus die 3 iunii mensis a. 1902, atrocibus morbis patientissime toleratis, morientium sacramentis roboratus, sodalibus tanti viri excessum complorantibus, spiritum Deo placidissime reddidit.

Sanctitatis fama, qua vivens honestatus est, eius etiam obitum est subsecuta. Quare a. 1930 in Edmontonensi Curia informativus processus, rogatoriales quoque in Vicariatu Apostolico de Grouard, atque in Curiis Episcopalibus Calgarien., Parisien., Principis Alberti et Cenomanen. sunt adornati. Item Processiculus tum super Servi Dei scriptis cum super cultu liturgico numquam exhibito confectus est. Super scriptis S. H. C. die 20 novembris 1935 decrevit haec non obstare quominus ad ulteriora procedi quiret.

Beatissimo Patri interim octo Emi ac Revmi Cardinales, tredecim Archiepiscopi, triginta duo Episcopi, plures generales Moderatores Or-

diimm seu religiosarum Congregationum, Rectores studiorum Universitatum Lugdunensis et Tolosanae aliique postulatorias litteras pro causae Introductione miserunt.

Quum itaque omnia ad iuris normam essent comparata, instante Revmo D. Ferdinando Thiry, Congregationis Oblatorum B. M. V. Immaculatae Postulatore Generali, in ordinaria Sacrorum Rituum Congregatione die 23 februarii mensis a. h. habita, Emus ac Revmus D. Cardinalis Ianuarius Granito di Belmonte, Episcopus Ostien. et Albanen., Causae huius Ponens seu Relator, Dubium discutiendum proposuit : *An signanda sit Commissio Introductionis causae huius Servi Dei.* Emi ac Revmi PP. Cardinales, audita Emi Ponentis relatione, nec non Praelatorum Officialium suffragiis, audito quoque voce et scripto R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, respondendum censuerunt : *Affirmative* seu *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem sequenti die ab infrascripto Cardinali relatione Sanctissimo D. N. Papae XI, Sanctitas Sua S. R. Congregationis rescriptum ratum habens Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Vitalis Iustini Grandin Episcopi S. Alberti Sua manu dignata est subsignare.

< Datum Romae, die 24 februarii a. D. 1937.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. ffî S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

GANDAVEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI ADULFI PETIT, SACERDOTIS PROFESSI E SOCIETATE IESU.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Ego veni ut vitam habeant, et abundantius habeant (loann.), ita de se testatur Dominus, Pastor bonus, qui *via* est, *veritas et vita.* Quam supernaturalem vitam, postquam Ipse dum in terris degeret, per missionem a Patre acceptam, communicasset, ministros sibi elegit, qui> eo praestante, usque ad consummationem saeculi, vivificarci eius operam

perennarent in mundo. Porro nullo unquam tempore Ecclesiam suam fidelibus bis ministris Christus carere sivit, qui copiosae suae redemptionis fructum abunde in christianum populum effunderent.

Vividum fidelis ministri exemplar elucet in Servo Dei Adulfo Petit, ex melita Societate Iesu, qui Sancti eiusdem Conditoris vestigia premens, ad maiorem Dei gloriam, animarumque salutem procurandam, totum se, ad ultimam senectutem usque, impendit et super impendit.

Is Gandavi in Planària die 22 maii a. D. 1822 ex piis et pauperibus parentibus, Leopoldo et Albertina Coppejans, ea ipsa hora qua campani aeris meridiana pulsatio fideles ad adorandum divinae Incarnationis mysterium invitabat, natus est atque sequenti die lustralibus aquis ablutus.

Quinquennis, matre orbatus, a patruo. Judoco, qui et patrinus eius fuerat, amanter exceptus, Beatam Virginem sibi matrem elegit, sub cuius patrocinio divinae vocationis ad sacerdotium semina, quae, praesertim postquam ad sacram mensam fuerat admissus, in se succrescere vividius persentiebat, quam diligentissime excoluit, tutatusque est, licet sive ludimagister, quo utebatur, sive ofiicinae dominus, in qua suam operam locabat, haeresi essent infecti.

In S. Barbarae Collegii scholas a P. van der Moeré e Societate Iesu benigne atque gratuito adscitus humaniores litteras didicit. Interim per plures menses a Sororibus *Nostrae Dominae,* quarum Institutum non multo ante a B. Iulia Billiart fundatum fuerat, generose hospitio receptus fuit.

Anno 1842 Societati Iesu nomen dedit. Quanto animi fervore ac diligentia omnes ignatiani instituti regulas, vel minimas, observaverit, difficile dictu est; ceterum quam profecerit, dum tirocinium agebat, in virtutum semita, eius postea sanctitas declaravit. Philosophicis theologicisque studiis summa sedulitate ingeniique laude peractis, ceterisque functus muneribus, quibus Societatis Iesu alumni solent exerceri, septembri mense a. 1855 ad sacrum Presbyteratus ordinem fuit promotus : anno autem 1860 die B. M. V. Purificationi recolendae sacro, sollemnibus religionis votis Dei servitio totum se mancipavit.

Ab Urbe redux, quo a. 1865, ut sollemnibus Ioannis Berchmans Beatificationis interesset, de Superiorum mandato perrexerat, Rmi P. Petri Beckx Praepositi Generalis iussu, Instructoris Sodalium tertiae Probationis, quam vocant, munus suscepit, quod viginti annos impigre fideliterque exercuit. Item annos circiter quinquaginta spiritualibus exercitationibus moderandis tradendis, ingentes fructus inde colligens, incubuit.

Innumeri enim religiosi, sacerdotes, laici cuiusvis in societate condicionis suavi doctoque eius alloquio allecti ad perfectiorem christianam vitam trahebantur.

Infidelium miserrimam conditionem animo revolvens, missionalibus viris, qui eis evangelizandis incumbebant, qua subsidiis amplissimis, qua sacra supellectile, succurrere largus, eleemosynis undequaque collectis, alacriter satagebat. Nec satis. Pauperum mulierum horrendo cancri morbo laborantium sortem miseratus, eis excipiendis hospitium, piis viduis adiuvantibus, erexit, in quo corporum atque animarum medelae prospiceretur. In eo doloris domicilio, cui ad passionem Domini recolendam *Calvariae* nomen indidit, saepius versari vidisses Servum Dei ut ministerii sui curas mira caritate impendens, misellas illas solaretur.

Ceterum nulli unquam sacerdotali ministerio defuit, quo animas Christo lucrari ipsi datum foret, indefessa caritate omnes dolores solari cupiens, omnibus dulcissimam in *Bonum Magistrum* Christum Iesum et miram erga Beatissimam Virginem ac S, Patriarcham Ioseph pietatem diffundens.

Devéxa aetate morbisque fractus die 20 maii a. 1914 Ecclesiae sacramentis sancte susceptis, *Agnus Dei qui tollis peccata mundi miserere nobis* ex corde pronuntians, purissimam animam exhalavit.

Animi candor et suavitas indolis ex ipso eius ore prodibant, atque « in eius actibus, ut cum Ambrosio dicam, quidam splendebat innocentiae comes, nitor gratiae » (lib. de S. Ioseph).

Indefessus per septuaginta fere annos in animarum salute procuranda labor, orationis studium quo flagrabat, aspera poenitentia, qua corpusculum affligebat, ceteraeque virtutes, quibus enitebat, sanctitatis famam eidem adhuc viventi conciliaverant, quae, eo demortuo, non solum non deferbuit, sed mire est aucta. Quare septemdecim annis ab eius felici exitu vix transactis, in Curia Gandavensi, nec non, per rogatoriales litteras, in Curiis Namurcensi et Ranchensi in Indiis Orientalibus, super fama sanctitatis, virtutum et miraculorum constructi sunt processus.

Item alter, quem *Diligentiarum* vocant, seu super scriptis, alter vero super obedientia decretis urbani VIII de cultu non exhibendo adornati sunt. Interim plures Postulatoriae litterae pro Causae Introductione, Serenissimo Belgarum Rege Leopoldo III praeeunte, ab omnibus Belgii Episcopis, ab aliis Episcopis, a toto fere Belgico Clero, ab Unione Apostolica, quae P. Petit insignem propagatorem veneratur, aliisque clarissimis de laicatu viris, Beatissimo Patri porrectae sunt.

Scriptis eius perpensis, die 8 iulii a. 1936 *nihil obstare quominus ad ulteriora procedi possit,* S. R. C. decrevit.

, Instante itaque Revmo P. Carolo Miccinelli, Societatis Iesu Postulatore Generali, in Ordinariis Comitiis S. R. C. die 19 ianuarii huius anni habitis, Emus ac Revmus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, Dubium proposuit disceptandum : *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur,* et de hac de more retulit. Emi ac Revmi PP., hac audita relatione, nec non auditis Officialium Praelatorum suffragiis scripto datis, audito praesertim R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt : *Affirmative,* seu *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Ssmo placuerit.*

Facta autem subsignata die Ssmo D. N. Pio Papae XI relatione ab infrascripto Cardinali, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis rescriptum ratum habens, propria manu Commissionem Introductionis Causae Servi Dei Adulfi Petit e S. I. signare dignata est.

Datum Romae, die 24 februari a. D. 1937.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, 3 giugno 1937, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza S. E. il Sig. Dott. DAEIO ECHANDIA, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica di Colombia, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 25 maggio 1937, nel Palazzo Apostolico Vaticano, colPintervento degli Emi Signori Cardinali e col voto dei Revmi Prelati e Consultori teologi, si è tenuta la Congregazione *preparatoria* dei Sacri Riti, per discutere sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del Beato Giovanni Leonardi, Confessore, fondatore della Congregazione dei Chierici Regolari della Madre di Dio, i quali miracoli vengono proposti per la sua canonizzazione.

Martedì, 1 giugno 1937, presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Raffaele Carlo Rossi, Ponente, ossia Relatore della causa di beatificazione e canonizzazione della Serva di Dio Suor Maria Teresa Haze, fondatrice della Congregazione delle Figlie della Croce, si è adunata in seduta *antepreparatoria* la S. Congregazione dei Riti, con l'intervento dei Revmi Prelati e Consultori teologi per discutere sulla eroicità delle virtù della suddetta Serva di Dio.

Martedì, 15 giugno 1937, nel Palazzo Apostolico di Castel Gandolfo, all'augusta presenza del Santo Padre, la S. Congregazione dei Riti si è adunata in seduta *generale,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati officiali ed i Revmi Consultori teologi, hanno dato il loro voto su due miracoli che si dicono da Dio operati ad intercessione del Beato Salvatore da Horta, Confessore, dell'Ordine dei Frati Minori ; miracoli che vengono proposti per la sua solenne canonizzazione.

Martedì, 22 giugno 1937, presso Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Carlo Raffaele Rossi, Ponente o Relatore della causa di beatificazione della Ven. Serva di Dio Maria Giuseppa Rossello, del Terz'Ordine di S. Francesco e fondatrice dell'Istituto delle Figlie di Nostra Signora della Misericordia, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria*, per discutere sopra i miracoli che si asseriscono operati ad intercessione della suddetta Venerabile Serva di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

22 maggio 1937. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Membro della 8. Congregazione dei Riti.*

31 » » S. E. Revma Monsig. Angelo Maria Perez y Cecilia, Arcivescovo titolare di Neopatrasso e il Revmo Padre Callisto Lopinot, dell'Ordine dei Frati Minori Cappuccini, *Consultori della 8. Congregazione de Propaganda Fide.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

7 maggio 1937. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Protettore della Congregazione dei Missionari dello Spirito Santo nel Messico.*

12 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore dell'Istituto delle Suore della Santissima Addolorata* (Roma).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, *Protettore dell'Istituto delle Religiose dell'Ado^razione Riparatrice* (Parigi).

14 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore dell'Istituto delle Suore di Santa Marta* (Périgueux).

20 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, *Protettore dell'Istituto del Divino Amore* (Roma).

31 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Camillo Caccia Dominioni, *Protettore della Confraternita e Pie Fondazioni di S. Giovanni Battista dei Genovesi in Roma.*

8 giugno » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Alessandro Verde, *Protettore dell'Istituto delle Suore dei Sacri Cuori di Gesù e di Maria* (Paramé, archidiocesi di Rennes).

Assistenti al Soglio Pontificio:

22 maggio 1937. S. E. Revma Monsig. Alessandro Giuseppe Me Gavik, Vescovo di La Crosse.

28 » » S. E. Revma Monsig. Patrizio Alfonso Me Govern, Vescovo di Cheyenne.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

26 aprile 1937. Monsig. Maurizio Foin, della diocesi di Le Mans.
7 maggio » Monsig. Luciano Tomasik, della diocesi di Kielce.
15 » » Monsig. Alessandro Proserpio, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Monsig. Giovanni F. Ryan, della diocesi di Newark.
» » » Monsig. Paolo T. Carew, della medesima diocesi.
18 » » Monsig. Matteo Bekavac, dell'archidiocesi di Sarajevo.
20 » » Monsig. Luigi De Martino, dell'archidiocesi di Sorrento.
22 » » Monsig. Giovanni Ravaglia, della diocesi di Cesena.
25 » » Monsig. Francesco Mazzarella, della diocesi di Alife.
27 » » Monsig. Luigi Leridez, della diocesi di Coutances.
» » » Monsig. Filippo Pacelli, della diocesi di Sovana-Pitigliano.
29 » » Monsig. Pietro Ybres, della diocesi di Montauban.

Prelati Domestici di Sua Santità:

8 maggio 1937. Monsig. Eugenio Casimiro Folletête, della diocesi di Basilea e Lugano.
» » » Monsig. Gustavo Lisibach, della medesima diocesi.
9 » » Monsig. Venceslao Kwarcianski, della diocesi di Vladislavia.
14 » » Monsig. Felice Smith, dell'archidiocesi di Toronto.
» » » Monsig. Fulvio Cattani, dell'archidiocesj di Milano.
15 » » Monsig. Carlo Lemercère, della diocesi di Bayeux e Lisieux.
» » » Monsig. Andrea Adam, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ottavio Germain, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Leone des Hameaux, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Mario Paolo Chevalet, della diocesi di Troyes.
» » » Monsig. Francesco Palmini (Roma).
» » » Monsig. Giulio Rossi (Roma).
20 » » Monsig. Giuseppe Jaccarino, dell'archidiocesi di Sorrento.
22 » » Monsig. Michele Klasen, dell'archidiocesi di Chicago.
24 » » Monsig. Lorenzo Rogger, della diocesi di Basilea e Lugano.
» » » Monsig. Vincenzo Guzmàn, della diocesi di Sonora.
26 » » Monsig. Giuseppe Hanson, della diocesi di Des Moines.
» » » Monsig. Enrico Barton Brown, dell'archidiocesi di Westminster.
» » » Monsig. Alfonso D'Amours, della diocesi di San Germano di Rimouski.
31 » » Monsig. Giuseppe Chavy, della diocesi di Monaco (Principato).
3 giugno » Monsig. Luigi Ippoliti, della diocesi di Sora.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

15	maggio	1937.	Al sig. comm. Fortunato Messa (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

14	maggio	1937.	Al sig. dott. Leopoldo Arzt, dell'archidiocesi di Vienna.

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

9	maggio	1937.	Al sig. dott. Bronislao De Dembinski, dell'archidiocesi di Gnesna e Posnania.
10	»	»	Al sig. Enrico De Vergés, dell'archidiocesi di Parigi.
17	»	»	Al sig. ing. arch. Guido Milone, dell'archidiocesi di Napoli.
18	»	»	Al sig. Lorenzo Mondini (Roma).
21		»	Al sig. dott. Diego Francesco Pereira de Castro e Brito, della diocesi di Beja.
28	»	»	Al sig. comm. Giuseppe Zuocoli (Italia).

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

8	marzo	1937.	Al sig. Carlo Chamay, della diocesi di Losanna, Ginevra e Friburgo.
20	aprile	»	Al sig. rag. Vittorio Albertazzi, dell'archidiocesi di Bologna.
»	»	»	Al sig. rag. Giovanni Righi, della medesima archidiocesi.
23	»		Al sig. dott. Federico Spieler, della diocesi di Basilea, e Lugano.
11	maggio	»	Al sig. Arturo André, dell'archidiocesi di Cambrai.
»	»	»	Al sig. Anatolio Tréca, della medesima archidiocesi.
»		»	Al sig. dott. Francesco Carton, della medesima archidiocesi.
12		»	Al sig. Leopoldo Lux, dell'archidiocesi di Reims.
»	»	»	Al sig. Fernando Schumpeter, della medesima archidiocesi.
25	»	»	Al sig. rag. Giorgio Braccesi, dell'archidiocesi di Firenze.
»		»	Al sig. Fernando Luti, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Al sig. Umberto Messenboeck, della diocesi di Linz.
26		»	Al sig. avv. Alberto Le Terrier, della diocesi di Coutances.
	»	»	Al sig. avv. Giuseppe Cruchon, della medesima diocesi.
	»	»	Al sig. Emilio Ferré, della medesima diocesi.
2	giugno	»	Al sig. Stefano Gagnon, della diocesi di San Germano di Rimouski.

2 giugno 1937. Al sig. Giuseppe Viel, della medesima diocesi.
10 » » Al sig. avv. Paolo Boracliia, della diocesi di Luni.
» » » Al sig. ing. Franco Oliva, della medesima diocesi.
» » » Al sig. dott. Guido Bertonelli, della medesima diocesi.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

27 maggio 1937. Al sig. Giacomo Fossati (Roma).

La Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

28 maggio 1937. Al sig. comm. Giovanni Vaccari (Italia).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

24 marzo 1937,. Al sig. Quirino Crivellari, dell'archidiocesi di Rodi.
» » » Al sig. Alfredo Biliotti, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. avv. Alfredo Chiorando, della medesima archidiocesi.
15 maggio » Al sig. dott. cav. Fosco Teofili, dell'archidiocesi di Spoleto.
22 » » Al sig. Ernesto Buzzi (Roma).
26 » » Al sig. Costante Silva, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Riccardo Zoni, della medesima archidiocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

24 marzo 1937. Al sig. arch. Rodolfo Petracco, dell'archidiocesi di Rodi.
» » » Al sig. cap. Nicandro Petrella, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. dott. Antonio Brunetti, della medesima archidiocesi.
9 maggio » Al sig. Ceslao Miech, dell'archidiocesi di Guesna e Posnania.
13 Al sig. Eduardo Carleo, della diocesi di Ischia.
15 Al sig. Giovanni Alfonso Van Broeckhoven, dell'archidiocesi di Malines.
17 Al sig. Giuseppe Odoardi (Roma).
» Al sig. Giuseppe Del Core (Roma).
21 Al sig. Mario Zanaboni, dell'archidiocesi di Milano.
24 Al sig. dott. Eugenio Maté Tòth, dell'archidiocesi di Colocza.
3 giugno » Al sig. Vincenzo Rosania, della diocesi di Campagna.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente . regnante, si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

11 giugno 1936. Monsig. Antonio Meindl, della diocesi di Ratisbona.
Ì2 novembre » Monsig. Giuseppe Hecker, dell'archidiocesi di Colonia.
27 gennaio 1937. Monsig. Paolo Sommers, della diocesi di Münster.

27 ' gennaio 1937. Monsig. Enrico Grautmann, della medesima diocesi.
5 febbraio » Monsig. Gregorio Zolezzi, della diocesi di Luni.
11 » » Monsig. Giuseppe Luigi Fermandois, dell'archidiocesi di Santiago del Cile.
15 aprile » Monsig. Stefano Martuzalski, della diocesi di Wladislavia.
» Monsig. Silvano Dembczyk, della medesima diocesi.
» Monsig. Francesco Haider, dell'archidiocesi di Vienna.
22 Monsig. Francesco Patronelli, dell'archidiocesi di Taranto.
24 Monsig. Silvio Oddi, della diocesi di Piacenza.
29 Monsig. Domenico Brizi, della diocesi di Viterbo.
» Monsig. Alfredo Vozzi, della diocesi di Anglona e Tursi.
Monsig. Vincenzo Jacono, della diocesi di Agrigento.
» Monsig. Benedetto Marinho, dell'archidiocesi di Rio de Janeiro.
6 maggio » Monsig. Vittorio Tos, della diocesi di Ivrea.
» » » Monsig. Paolo Camozzi, della diocesi di Cremona.
13 maggio » Monsig. Federico E. Hillenbrand, dell'archidiocesi di Chicago.
» » » Monsig. Eugenio Loja, dell'amministrazione apostolica di Rosnavia.
20 » » Monsig. Giacomo Bernardo Marshall, della diocesi di Northampton.
27 » » Monsig. Primo Formaggi, della diocesi di Nepi e Sutri.
» » » Monsig. Edoardo Guardi, dell'archidiocesi di Milano.
» » Monsig. Enrico Giovanni Koopmans, dell'archidiocesi di Utrecht.
» » Monsig. Enrico Nava, dell'archidiocesi di Milano,
giugno » Monsig. Carlo Bossard, della diocesi di Bois-le-Duc.
» » » Monsig. Venceslao Heindl, della diocesi di Budějovice.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di 8. 8.:

11 giugno 1936. Monsig. Giovanni Battista Lehner, della diocesi di Ratisbona.
» » » Monsig. Giuseppe Forster, della medesima diocesi.
26 novembre » Monsig. Giuseppe Herkenrath, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Monsig. Giovanni Giuseppe Kiel, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Enrico Foerster, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Francesco Becker, della medesima archidiocesi.
15 aprile 1937. Monsig. Ippolito Wysokowski, della diocesi di Wladislavia.
» » » Monsig. Ludovico Wysokowski, della medesima diocesi.
6 maggio » Monsig. Massimiliano Pospíáil, dell'archidiocesi di Olomouc.
13 » » Monsig. Ladislao Mázik, dell'amministrazione apostolica di Rosnavia.
» » » Monsig. Giulio Kovács, della medesima amministrazione apostolica.

13 maggio 1937. Monsig. Antonio Richter, della medesima amministrazione apostolica.
3 giugno » Monsig. Antonino Spina, dell'archidiocesi di Catania.

Camериere d'onore di Spada e Cappa di S. S.:

8 aprile 1937. Il sig. Francesco Steinhart, dell'archidiocesi di San Cristoforo dell'Avana.

Cappellani d'onore extra urbem *di S. S.:*

30 luglio 1936. Monsig. Alberto Alberstòtter, dell'archidiocesi di Paderborna.
20 maggio 1937. Monsig. Giacomo Costa, della diocesi di Chiavari.

NECROLOGIO

3 maggio 1937. Monsig. Carlo di Gesù Mejia, Vescovo tit. di Cinna.
1 giugno » Monsig. Francesco Uccellini, Vescovo di Cattaro.
3 » » Monsig. Bernardo Dembek, Vescovo tit. di Troade.
4 » » Monsig. Pietro Marque, Arcivescovo di Colombo.
» » » Monsig. Giulio Cusin, Vescovo di Mende.
» » » Monsig. Giovanni Maria Lavai, Véscovo tit. di Gerocesarea.
6 » » Monsig. Agostino Zampini, Vescovo tit. di Porfirio.
22 » » Monsig. Emanuele Giuseppe Cayzedo y Cuero, Arcivescovo di Medellin.
25 » » Monsig. Nicola Colangelo, Vescovo di Nardo.

An. et **vol. XXIX** **20** augusti **1937** (Ser. **II, v. IV)** - Num. **10**

A G T Ï A P A m E SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A BEATISSIMO PATRE, DIE XI MENSIS IULII ANNO MDCCCCXXXVII, CHRISTIFIDELIBUS DATUS LEXOVII CONGREGATIS OB TEMPLUM SANCTAE TERESIAE RECENS DICATUM ET OB CONVENTUM EUCHARISTICUM EX TOTA GALLIA CELEBRATUM.

Nous voici avec vous, le Pasteur avec ses chères brebis, le Père avec ses fils bien aimés.

Nous voici avec vous au nom très saint de notre divin Rédempteur, de notre aimable Roi du Tabernacle; au nom de Sainte Thérèse, qui aujourd'hui plus que jamais est l'honneur et la gloire de Lisieux et de son Carmel.

Notre très cher Fils et Cardinal Légat « a latere » porte au milieu de vous Notre Personne : il vous parle en Notre nom, il est par sa pieuse et éloquente parole Notre interprète.

Nous venons à vous pour prier avec vous, étant bien persuadé que c'est là la forme la plus opportune, voire même la plus nécessaire, de prendre part avec vous à ces heures vraiment divines que la bonté infinie de Notre-Seigneur vous accorde, et pour jouir avec vous de ce nouveau et ineffable sourire que la Vierge Immaculée de Lourdes et de tous vos Sanctuaires veut bien répandre sur votre et Notre chère France.

La forme la plus opportune — avons Nous dit — pendant que le divin Roi de son trône eucharistique, et votre et Notre chère Sainte de son glorieux tombeau éclairent vos esprits de la splendeur de la Foi et allument dans vos cœurs les ferveurs divines de la prière.

Et Nous avons ajouté : « la plus nécessaire », puisque les misères et les dangers, qui nous menacent sont si nombreux qu'ils nous font penser

plus que jamais aux paroles du divin Maître : « Oportet semper orare et non deficere» (Luc, 38, 1) : il faut toujours prier et ne jamais se lasser. Prions donc, bien aimés fils : « Oremus, oremus! ».

Prions notre divin Créateur, qui est de ce fait le souverain Maître du Ciel et de la Terre, des peuples et des Nations.

Prions afin qu'il veuille accorder un peu de tranquillité dans l'ordre et dans la paix au monde troublé et bouleversé ; à tous ces peuples opprimés par les tristesses du temps présent et anxieux du lendemain : et cela par le retour sur les droits chemins, c'est-à-dire, par l'acceptation de Sa divine /Souveraineté, par l'obéissance à ses saintes lois, par la, pratique de la justice et d'une charité plus large envers les deshérités et par cela même les plus souffrants.

Prions, fils bien aimés, afin que, comme le divin Boi du Tabernacle a créé nos âmes et a donné pour elles tout son précieux Sang, de même aussi II daigne les sanctifier et les sauver en faisant d'elles dès à présent, dans l'attente de la gloire céleste, des basiliques vivantes, où II se plaise à habiter avec Sa grâce sanctifiante et avec toutes Ses bénédictions : des basiliques belles, magnifiques qu'aucune beauté au monde ne puisse leur être comparée, pas même les splendeurs ravissantes de la nouvelle basilique de Lisieux.

Prions, fils bien aimés, pour tous ceux qui ont la charge et la garde de ces basiliques vivantes, de vos âmes — disons Nous — et de toutes les âmes afin que, grâce à leurs prières assidues, à leur zèle éclairé, aux industries et aux œuvres de leur apostolat, à la sainteté exemplaire de leur vie, se maintienne et s'accroisse de plus en plus dans le monde le Règne de Jésus-Christ, et qu'ils puissent s'approcher de jour en jour sans peur, et plutôt avec confiance au tribunal de Dieu pour rendre compte de leur mission, c'est-à-dire de toutes vos âmes.

C'est vous dire, bien chers fils, de prier avec une piété toute filiale pour Nous mêmes, dont la responsabilité est si grande et la reddition des comptes si proche. Nous vous disons : « Orate pro nobis! oramus pro vobis » et, avec l'Apôtre, « Orate pro invicem ut salvemini » (lac, Y, 16) : priez pour Nous; Nous prions pour vous; priez les uns pour les autres afin de vous sauver. Il est de Notre devoir de prier pour vous. Et combien ce devoir Nous est doux, et combien Nous en avons conscience, sachant bien, et Nous souvenant avec reconnaissance que vous avez prié et vous priez pour Nous avec tous vos frères de la grande famille catholique.

C'est vous dire aussi, Nos bien aimés fils, de continuer à prier pour Nous: et que ce soit pour Nous obtenir avant tout, surtout et à tout

prix le pleine et parfaite conformité à la très aimable volonté de notre divin Eoi Jésus-Christ, dans cet esprit de riche simplicité et d'enfance spirituelle, c'est-à-dire d'abandon filial, qui mérita à votre et à Notre chère Sainte Thérèse de Lisieux d'être si agréable au Cœur du divin Epoux.

Et maintenant, que descende sur vous, sur tous et chacun, cette Bénédiction, qui est toujours le désir des bons fils et des fidèles dévoués, comme vous êtes, la bénédiction du Père, du vieux Père, que vos prières ont rappelé sur le chemin de la vie pour une nouvelle étape, jusqu'à quand et jusqu'où, Dieu seul le sait,; la bénédiction du Vicaire de Jésus-Christ. Ce divin Roi, qui se plait à converser avec les simples et prend ses délices parmi les lys (Prov., 3, 32; Can., 2, 16) ne pouvait pas ne pas accorder encore cette autre rose à l'intervention de Sainte Thérèse de Lisieux, toujours invoquée — plus instamment, Nous le savons, par les sœurs de sa famille naturelle et surnaturelle —. Que cette bénédiction demeure sur vous — tous et chacun — et sur toutes les chères choses et chères personnes, auxquelles vous voulez la faire parvenir.

. « Precibus et meritis Beatae Mariae semper Virginis, beatorum Apostolorum Petri et Pauli et omnium Sanctorum Benedictio Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super vos et maneat semper ».

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE UMTATA

PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE UMTATA » IN AFRICA MERIDIONALI, IISDEM SERVATIS LIMITIBUS AC NOMINE, AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Lubentissime solet Apostolica Sedes ad potiorem Vicariatus gradum illas evehere Praefecturas Apostolicas, in quibus catholica religio notabiles consecuta sit progressus. Cum itaque in Praefectura Apostolica de Umtata in Africa Meridionali, Congregationis Missionariorum de Mariannhill sodalium curis concredita, eorum diligenti studio seduloque

labore haud parva postremo hoc tempore susceperit incrementa, quamvis omnis generis difficultates id maxime praepedirent. Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, preces excipiendas duximus dilecti filii praefatae Congregationis Superioris Generalis, qui ab hac Apostolica Sede efflagitavit ut Praefectura illa in Vicariatum Apostolicum evehéretur. Re igitur mature perpensa, atque attento venerabilis Fratris Jordani Gijlswijk, Archiepiscopi titularis Euchaïteni, Delegati Apostolici in Africa Meridionali, favorabili voto, suppleto quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Praefecturam Apostolicam *de XJmtata,* iisdem servatis limitibus ac nomine, ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem, suprema Nostra auctoritate, per praesentes Litteras evehimus atque extollimus, ipsumque Congregationis quam supra diximus Missionariorum de Mariannhill sodalibus, etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, commissum volumus. Huic igitur novo Vicariatui de XJmtata eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, constitutionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die decimatertia mensis aprilis, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco Sß Plumbi

Reg. in Cano. Ap., Vol. LVI, n. 78 - **Al. Trussardi.**

II

DE TAIKOU

VICARIATUS APOSTOLICUS DE TAIKOU DISMEMBRATUR ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA ((ZENSHUENSIS » SEU ((CHONJUENSIS ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quidquid ad Christi Evangelium inter infideles gentes magis faciliusque propagandum redundare censeatur, id pro supremo quo fungimur apostolatus officio praestare satagimus. Considerantes itaque quam maxime prodesse posse enascéntibus ecclesiis, si ipsae a suae gentis moderatoribus regi queant, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, votis libentissimo animo annuere decrevimus tum venerabilium Fratrum Floriani Démange, Vicarii Apostolici de Taikou, qui prudenter perspicaciterque rem aliquot iam annos praeparavit, et Pauli Marella, Delegati Apostolici in Iaponia, tum dilectarum filiorum Societatis Parisiensis Missionum ad Exteras Gentes Superiorum, cui Vicariatus iste de Taikou est concreditus, qui omnes unanimi consensu ex amplissimo Vicariatus Apostolici territorio, ex quo aliis Nostris Litteris, hac ipsa die datis, provinciam civilem de *Zenra Nando* seiunximus et novam constituimus Praefecturam Apostolicam Kwoshuensem, provinciam alteram de *Zenra Holmdo* distrahi posse censuerunt, Praefecturam Apostolicam et ipsam erigendam, atque cleri indigenae curis concredendam. In quod consilium eo vel magis accedendum existimavimus, quia probe novimus quae et quanta fideles clerusque coreani, praeclara Missionariorum exempla sequuti, per saeculum et dimidium ex quo per Coream Evangelium diffundi coepit, gloriose egerunt ac fortiter costanterque pro Christi nomine passi sunt; quantusque sit cum religionis tum civilis cultus operum profectus in regione illa Evangelii praeconum zelo florentium. Quare Nos, omnibus mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, suprema Nostra auctoritate, e Vicariatu Apostolico de Taikou provinciam civilem de *Zenra Holmdo,* altero nomine de *Chonla Septentrionali* nuncupatam, distrahimus, eamque in novam Praefecturam Apo-

stolicam erigimus et constituimus atque ex urbe eiusdem provinciae principe *Zenslnu,* quae coreanice *Chonju* audit, *Zenshuens&m* seu *Ghonjitensem* appellari volumus et apostolicis cleri indigenae curis concredimus. Huic igitur novae Praefecturae Apostolicae Zenshuensi seu Chonjuensi eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores, et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, commissionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigésimo septimo, die tertiadecima mensis aprilis, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. ***C. de Propaganda Fide Praef.***

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*
Ludovicus Kaas, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £& Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LV1, n. 84 **- Al. Trussardi.**

III

DE CÉLEBES

VICARIATUS APOSTOLICUS DE CÉLEBES IN INDIIS NEERLANDICIS IN DUAS DIVIDITUR PARTES QUARUM UNA NOMEN VICARIATUS APOSTOLICI « DE MANADO » POSTHAC HABEBIT, EX ALTERA VERO NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA <(DE MAKASSAR ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Catholicae fidei magis magisque inter infideles prolatandae maxime profecto iuvat latissima plerumque missionalium circumscriptionum territoria in partes dividere, novasque exinde Missiones constituere, aliis Evangelii praeconibus concredendas. Salutis itaque animarum- studio ducti, Nos, vota excipientes venerabilis Fratris Ioannis Gualtieri Panis, Vicarii Apostolici de Célebes, ac dilectorum filiorum Moderatorum Congregationis Missionariorum SS. Cordis Iesu de Issoudun, qui in insula de Célebes in Indiis Neérlandicis apostolicum laborem laudabiliter ac fructuose navant, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, attento quoque venerabilis Fratris Ioannis Panico, Archiepiscopi titularis Iustinianensis, Delegati Apostolici Australasiae, favorabili voto, amplissimum praefati Vicariatus de Célebes territorium partiri et novam erigere Praefecturam Apostolicam valde opportunum duximus. Omnibus itaque mature perpensis, certa scientia ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, suprema Nostra auctoritate, e Vicariatus Apostolici de Célebes territorio meridionalem partem distrahintus, seu totam provinciam civilem *de Makassar,* vulgo *Gouvernment van Geleites en Onderhoorigheden* nuncupatam, et ex illa novam Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus, quam *de Makassar,* nuncupandam volumus ac decernimus; eamque Missionariorum Societatis Mariae provinciae religiosae neerlandicae curis j ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis beneplacitum, concredimus. Decernimus insuper ac statuimus ut Vicariatus Apostolicus de Célebes, qui, dismembratione ut supra peracta, provinciam tantum civilem *de Manado* complectetur, Vicariatus Apostolici *de Manado* posthac nomen habeat. Novae igitur Praefecturae Apostolicae de Makassar eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et pote-

states, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent; eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptas, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, concessionis, statuti, decreti et voluntatis Nostrae infringere vel ëi contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die tertiadecima mensis aprilis, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

***Reg. im Conc. Ap., Vol. LV1, n.* 79 - AL Trussardi.**

IV

DE BULAWAYO

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE BULA W AYO IN VICARIATUM APOSTOLICUM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad maiorem dignitatis gradum Apostolicae Sedis est Praefecturas Apostolicas extolli, quum non mediocrem illae et christifidelium numero et religionis operibus profectum fecerint. Cum vero res ita sit in Praefectura Apostolica de Bulawayo in Africa Meridionali, in qua, difficultatibus innumeris non obstantibus, studio et navitate dilectorum filiorum Nostrorum Congregationis Missionariorum de Mariannhill, qui eam suis obtinent apostolicis curis concreditam, haud parvum postremis hisce

temporibus incrementum susceperit catholicum nomen, praefati Instituti Moderator Generalis ab Apostolica Sede enixe expostulavit ut Praefectura ipsa in Vicariatum Apostolicum eveberetur. Nos itaque, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, accedente quoque venerabilis Fratris Iordani Gijlswijk, Archiepiscopi titularis Euchaïteni, Delegati Apostolici in Africa meridionali, favorabili voto, re tota mature perpensa, oblatis precibus annuendum censuimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae potestatis plenitudine, Praefecturam Apostolicam de Bulawayo, eiusdem servatis finibus ac nomine, ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem, praesentium tenore, provehimus et extollimus; ipsumque Congregationi quam supra laudavimus Missionariorum de Mariannhill etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis beneplacitum, commissum volumus. Novo igitur huic Vicariatui Apostolico de Bulawayo eiusque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent; eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut exCerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel ofiicio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, constitutionis, commissionis, statuti, decreti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die tertiadecima mensis aprilis, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. ***C. de Propaganda Fide Praef.***

Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*
Alfridus Vitali, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £B **Plumbi**

***Reg. in Canc. Ap., Vol. LVI, n.* 77 - Al. Trussardi.**

V

DE KOANGO ET DE KASSAI SUPERIORE

EX VICARIATIBUS APOSTOLICIS DE KOANGO ET DE KASSAI SUPERIORE TERRITORII PARS DISMEMBRATUR, EX QUA NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA ((DE IPAMU ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo uberiores percipiantur fructus ex Evangelii praeconum laboribus valde prodest Missiones nimio patentes territorio dividere et novas exinde Missiones condere. Cum autem ad Evangelizationis operi in Congo Belgico facilius consulendum maxime prodesse visum sit novam ibidem Praefecturam Apostolicam erigere, territorii parte e Vicariatibus Apostolicis de Koango et de Kassai Superiore distracta, Nos ad boc deveniendum peropportunum censuimus. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, re mature perpensa, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, deque supremae Nostrae potestatis plenitudine, a Vicariatu Apostolico de Koango districtus *de Niadi* et *de Kamtseha-Loange,* a Vicariatu vero de Kassai Superiore districtum *de Basongo-Brabanta* seiungimus, atque ex territorio ita distracto novam Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus sub nomine « de Ipamu », ipsamque Congregationis Oblatorum Beatae Mariae Virginis Immaculatae curis, ad Nostrum tamen et S. Sedis beneplacitum per praesentes Litteras committimus. Huic autem Praefecturae de Ipamu, eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praefecti iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri. in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis eamdem prorsus volumus haberi fidem quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis,

commissionis, statuti, mandati et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die tertiadecima mensis aprilis, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVI, n. 76 - **Al. Trussardi.**

EPISTULAE .

I

AD EMUM P. D. AUGUSTUM TIT. S. MARIAE DE PACE S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM HLOND, ARCHIEPISCOPUM GNESNENSEM ET POSNANIENSEM : DE CONGRESSU IN HONOREM CHRISTI REGIS EX OMNIBUS GENTIBUS PRIMO POSNANIAE COGENDO.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quas ante annos ferme duodecim Litteras Encyclicas « Quas primas » de regia Servatoris Nostri potestate deque festo Christi Regis instituendo edidimus, eas uberrimos per totam Ecclesiam protulisse fructus vehementer gaudemus. Quos inter fructus singulari prorsus Nos replet laetitia sapientissimum saluberrimumque plurium virorum ecclesiasticorum consilium, ut statis temporibus peculiares in-honorem Christi Regis cogantur congressus, qui in hoc unum studia sua conferant, ut regia Servatoris Nostri dignitas passim ab omnibus agnoscatur et publica omnium populorum vita suavissimo Divini Regis subiiciatur imperio. Istorum conventuum, cum quattuor priores angustioribus limitibus continerentur, quintus, proximo mense iunio celebrandus, in inclytam civitatem Posnaniensem ex catholico orbe advocabit quotquot oportere Christum regnare ardenter exoptant.

Et haec quidem vere internationalis (ut aiunt) nota, ea est quam ante omnia Congressui Posnaniensi plurimum gratulamur. Quodsi enim qui nolunt Christum regnare super se, nil intentatum relinquunt ut in communionem odii sui mundum pertrahant universum, nonne oportet ii qui filios regni se esse gloriantur, ex omni gente omnique populo consilia viresque in unum conferant, atque ita in orbe terrarum universo unum pro Christo rege agmen efficiant?

Nobilissimo huiusmodi operi permagnam id quoque conciliat laudem, quod iste Congressus cunctos suos labores ad hoc unum dirigere decrevit, ad avertendum nempe nefandum malum, ad praecavendum immane periculum, quod omnibus gentibus ex impia communistarum doctrina et factione imminet, quodque nuper Litteris Encyclicis « Divini Redemptoris » Nosmet universae Ecclesiae simulque universo humano generi denuntiavimus.

Et re quidem vera quid est quod magis sive acuere ingenia sive inflammare corda servorum Christi Regis potest et debet, quam funestum taetrumque spectaculum, quod oculis nostris praesens exhibet mundus? In immensum quippe ascendit superbia eorum qui inania meditantes adversus Dominum et adversus Christum Eius, supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur sese extollunt et vel nomen ipsum Dei Deique memoriam in universo mundo ita abolere conantur, ut regnum Dei quod Christus acquisivit sanguine suo, si fieri posset, funditus pereat, nullumque post se relinquat vestigium. Quis est huius regni genuinus civis, cuius intima viscera spectaculum huiusmodi non commoveat? Quis est qui desiderio non exardescat ad sanctissima divini Redemptoris iura tuenda, quae nèfarii homines conferto agmine infringere audent?

Quamquam enim dubitari nequit, quin Is, cui data est omnis potestas in caelo et in terra, quique pro suo arbitrio aufert spiritum principum et velut vas figuli populos confringit, etiam nemine adiuvante possit manum suam levare in superbias eorum in finem, tamen cum mitissimus Dominus a se creatos homines in partem operis sui vocare non dedignetur, omni ope enitendum est, ut nihil neglectum maneat quod ex nostra parte conferri possit ad absolutam perfectamque sanctissimae causae victoriam. Iam vero hanc victoriam praeparare militibusque Christi spiritualia arma praebere, quem profecto magis decet quam Congressum, qui Christi Regis praesefert insignia?

Laboret itaque quantum potest nobilissimus Posnaniensis Conventus, intellegatque se nihil maius facere posse, quam ut nobili causae pro viribus deserviat, e qua futura universi mundi sors omnino pendere dicenda est. Nam, si alias unquam, nunc vero quam maxime non in ser-

mone est regnum Dei, sed in virtute, et quisquis vere diligit adventum Eius, non verbo et lingua, sed opere et veritate consentit Psalmistae dicenti : Tempus faciendi, Domine, dissipaverunt legem tuam. Studeatis igitur penitus pernoscere adversariorum Christi sive vires, sive modos agendi, sive consilia; in ea quae a catholicis hactenus facta sunt, inquiratis diligenter, ut rationem vobis reddere possitis, cur tam bene coeptis non semper optatus responderit exitus; optimas invenire curetis rationes, quas deinceps strenui Actionis Catholicae operarii in usum quotidiani laboris deducere efficaciter possint.

Ante omnia vero continenter hoc cogitate, hoc haud labantis spei votis prosequimini scilicet : *oportet Illum regnare,* et ita quidem regnare, ut non modo mentes singulorum hominum per gratiam suam informet, sed ut per servos suos qui in legem perfectam libertatis plene perspexérint, res omnes publicas veritate et iustitia imbuat et regat. Neque enim rectoribus mundi tenebrarum harum, sed Ei qui solus saeculorum immortalis est Eex, dictum est a Deo : Dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae.

Et quia huc succrevit oratio, non modo Posnaniensi Congressui, sed omnes qui ut boni milites Christi Iesu ubique laborant, hortari volumus, ut sui commodorumque suorum obliviosi concordiam servent, Ecclesiasticae Hierarchiae mandatis optatisque obsequantur, spiritu caritatis et pacis simul coniuncti augeant vires, quae ad intemeratos crescant nanciscendos triumphos. Sursum idcirco ferimini cogitatione et mente; nam magnis deficientibus consiliis, quae nobiles animos merito infiammare possint, etiam corda et brachia deficiunt ad proelia Domini strenue proelianda. Sursum intendite studia vestra neque vereamini cum Apostolo ad priora et ardua et magna vos extendere ipsos; in ea namque tempora devenimus, in quibus nonnisi héroes accipiunt bravium. Sursum denique ducimini firmissima christiana spe, quae f allere nescit, non solum quia vobiscum est Ille qui propugnator est ad salvandum quique unus fluctibus feri maris ita imperare potest ut illico fiat tranquillitas magna, sed quia, Deo dante, in castris praesertim iuventutis christianae non desunt plurimi adeo Christo Domino caritate coniuncti, ut pro Rege suo nec. laboribus ullis nec sacrificiis quibuslibet nec vitae ipsi parcere gestiant. Invalescat igitur in mentibus fidelium celsissima Regni* Christi cogitatio et velut signum in nationes levatum ex toto orbe terrarum congreget omnes sub vexillum Principis regum terrae. Ille enim veniet cito et merces Eius cum Ipso est, sicut Ei disposuit Pater, ita et Ipse disponet regnum iis qui permanserint secum in tentationibus suis.

Dum autem vehementer exoptamus ut tum Posnaniensis Congressus

tum qui post eum agentur, eo quem modo diximus spiritu labores suos suscipiant, unum adhuc commemorare iuvat, velut faustum futuri temporis praesagium. Primus scilicet internationalis Congressus Christi Regis ista in regione celebrabitur, quae christianitatis antemurale iure nuncupata est et re vera fuit. In ista itaque terra, Martyrum sanguine, inde a Sanctis Episcopis Adalberto, Stanislao et losaphato usque ad recentes Catholicae Unionis Martyres Podlachiénses, tam saepe irrigata, quaeque tot Sanctorum mater fuit quorum laudes universa nuntiat Ecclesia, ut sunt Ss. Ioannes Cantius, Hyacinthus, Casimirus, Hedwigis et angelicus iuvenis Stanislaus Kostka ; in ista terra, quae toties per saecula ad haec usque tempora, inimicos Christi sua insolescentes vi fortiter repulit et profligavit fidemque catholicam contra omnes haereseos vel schismatis incursus servavit illibatam, cuius equidem fervidae fidei Nos quoque cum Apostolici Nuntii munere apud vos fungeremur multoties testes fuimus; in ista, dicimus, terra feliciter ponuntur novorum pro Christo Rege moliminum initia.

Quae quidem molimina ut gratia Dei confirmet solidetque et copiose adaugeat et cuncta bene coepta prosperet ac promoveat, tam Tibi, Dilecte Fili Noster, quam ceteris Cardinalibus et Sacrorum Antistitibus necnon clarissimis Viris publica auctoritate fulgentibus et omnibus Christifidelibus undique ad ista Comitia adventuris universaeque Polonorum genti divinorum munerum auspicem, Apostolicam Benedictionem in Domino impertimur.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die III mensis maii, in f esto Inventionis Sanctae Crucis simulque votiva sollemnitate B. M. V. Reginae Poloniae, anno MCMXXXVIL, Pontificatus Nostro decimosexto.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. AUGUSTUM TIT. S. **MARI4E** DE PACE S. R. E. PRESB. CARDINALEM HLOND, ARCHIEPISCOPUM GNESNENSEM ET POSNANIENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD PRIMUM CONGRESSUM EX OMNIBUS NATIONIBUS IN HONOREM CHRISTI REGIS POSNANIAE HABENDUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Recenti Epistula Apostolica, tibi in festo Inventionis Sanctae Crucis ineunte hoc mense delata, fusé lateque ediximus atque declaravimus,

quantum utilitatis portendat primus Congressus ex omnibus nationibus, qui Posnaniae, in civitate Poloniae clarissima, in honorem Christi Regis sedulo acriterque apparatur. Certiores interea facti sumus, haud paucos sacrorum Antistites, inter quos etiam quosdam Cardinales, et complures selectos undique gentium ex ordine clericali vel laicali fideles ipsis Posnaniensibus coetibus adfuturos. Tam vero, ut frugifera eiusmodi celebratio sollemnior efficiatur ac regia Salvatoris Nostri potestas splendidiore in luce collocetur, Nos Ipsimet statuimus eandem Congressionem palam publiceque participare, sacrisque ritibus per Legatum Nostrum quodammodo praesentes adesse. Quapropter te, Dilecte Fili Noster, qui Conventus ipsius initia, consilia et apparatus tanta alacritate suscepisti, quique et archiepiscopalis istius Sedis honore et Romanae purpurae magnificentia decoraris, Legatum Nostrum hisce Litteris constituimus ac renuntiamus, ut, Nostram gerens personam, primo ex omnibus gentibus Conventui in honorem Christi Regis praesideas, sacrisque ipsius caerimoniis nomine Nostro moderaris. Tibi praeterea facultatem damus, ut, statuta die, post Sacrum pontificali ritu peractum adstantibus fidelibus Nostra auctoritate benedicas, plenam iisdem commissorum veniam proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Caelestia denique lumina ac munera uberrima ominantes, in testimonium peculiaris Nostrae dilectionis, tibi, Dilecte Fili Noster, tuis in Cardinalati vel Episcopatu Conlegis, itemque sollerti clero egregiisque Reipublicae Magistratibus, nec non universis iis, qui proximo Congressui intererunt, Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die xvi mensis maii, Dominica Pentecostes, anno MDCCCCXXXVII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XI

III

AD R. D. ANGELUM M. SAVASTANO, ABBATEM AC PRAESIDEM GENERALEM CONGREGATIONIS CASAMARIENSIS EX ORDINE CTSTERCIENSI, IX EXEUNTE SAECULO AB EIUSDEM CONGREGATIONIS EXORDIO.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Peculiari animi delectatione nuper intelleximus, egregiam istam e Sacro Ordine Cisterciensi 'Congregationem Casamariensem, vertente hoc anno, nonum ab suo exordio saeculum fauste concelebraturam esse. Primi enim

istius Coenobii incolae, uti tradunt, post triginta ferme annos poenitentis vitae habitum ac regulam sancti Benedicti in Monasterio Sorano a Ioanne Abbate, sancti Dominici Abbatis alumno ac successore, anno a Dominica Incarnatione MXXXVI exceperunt, ac monasticae vitae initia istic fecerunt. Anno vero MCLI idem Coenobium, sancti Bernardi opera monachis Cisterciensibus concreditum, ita sanctitatis et doctrinae lumine per plures religiosos viros radiavit, ut Romani Pontifices Decessores Nostri suis laudibus ipsum honestaverint, et « quasi cameram suam reputantes » privilegiorum copia ditaverint. Neque tantum Romanis Pontificibus Praelatisque Ecclesiae, sed Principibus quoque Civitatum, Regibus atque Imperatoribus earum fuit, eosdemque libentissime hospitio suo recepit. Itaque non pauci ex familia Casamariensi monachi exstiterunt, qui pro fide catholica tuenda ac religione late propaganda strenue pugnaverunt vel sollertem navarunt operam ad controversias inter potestatem civilem et ecclesiasticam exortas opportune definiendas. Nunc quoque eadem Abbatia Casamariensis, quam anno MDCCCCXXIX per Litteras Apostolicas <(Beati Petri » in Congregationem sui iuris constituimus, Ordinique Cisterciensi communis Observantiae aggregavimus, avitae traditionis custos atque interpres, dum aucto filiorum numero et novis conditis domibus et disciplina pietateque fiorente laetatur, Nostris votis alacriter obsecundans, in Africae regionibus monasticam vitam ad fidei catholicae normas ex ipsis indigenis instituere contendit. Quapropter Nos, qui nihil habemus antiquius, quam ut regulares coetus salutaria accipiant incrementa, tum ad sanctitudinem religiosorum in dies provehendam, tum ad Regnum Christi amplificandum, sacra sollemnia ista novies saecularia pergrato animo participamus, et felicissima quaeque ac iucundissima Casamariensi Congregationi ominamur. Certa autem Nobis spes affulget, fore ut religiosa vestra familia, quae tam gloriosas inter tot temporum rerumque vices recolit res gestas, ex ista centenaria exordientis vitae commemoratione novas sumat vires novos que spiritus ad maiora atque ampliora studiose peragenda. His paternis ominibus ac votis pia incepta atque consilia vestra prosequentes, in auspicium caelestium gratiarum inque peculiaris Nostrae dilectionis testimonium, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili, ceterisque Moderatoribus cunctisque sodalibus et alumnis Congregationis istius Casamariensis amantissime in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die xxin mensis maii, in festo SS. Trinitatis, anno MDCCCCXXXVII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore providere dignatus est, nimirum :

die 25 iunii 1987. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Iconiensi praefecit Emum P. D. Eugenium diac. Ss. Viti, Modesti et Crescentiae S. R. E. Card. Tisserant, qui eamdem Ecclesiam, post peractam sui consecrationem, die 25 iulii subsequentis dimisit.

die 26 iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Thespiensi R. D. Iosephum Franciscum Person, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Iulii V. M. Pichón, Episcopi Caiesensis.

die 6 iulii. — Cathedrali Ecclesiae Viglevanensi Exc. P. D. Ioannem Bargiggia, hactenus Episcopum Calatayeronensem.

die 10 iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Euroeensi in Epiro, P. D. Alaphridum Del Tomba, hactenus Episcopum Ilcinensem.

die 1){ iulii. — Cathedrali Ecclesiae Fesulanae Exc. P. D. Ioannem Giorgis, hactenus Episcopum Triventinum.

die 21 iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Attalensi in Pamphylia R. D. Raphaelem Arias, parochum in Archidioecesi Caracensi, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Xisti Sosa, Episcopi Cumanensis.

die SO iulii. — Metropolitae Ecclesiae Lugdunensi Exc. P. D, Petrum G er lier, hactenus Episcopum Tarbiensem et Lourdensem.

die 6 augusti. — Cathedrali Ecclesiae Kilmorensi R. D. Patritium Lyons, Vicarium Generalem et parochum in Archidioecesi Armachàna.

— Cathedrali Ecclesiae Lacus Salsi, R. D. Duanem G. Hunt, Vicarium generalem in eadem dioecesi.

— Cathedralis Ecclesiis Galviensi et Duacensi invicem perpetuo unitis, cum adnexa administratione perpetua Ecclesiae Fenaborensis, R. D. Michaelem Browne, sacerdotem Archidioecesis Tuamensis et professorem in collegio Maynutiano.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lundensi R. D. Georgium Rehring, Rectorem Seminarii maioris Cincinnatensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioannis T. MacNicholas, Archiepiscopi eiusdem Archidioecesis Oincinnnatensis.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

MONITUM

DE NORMIS SERVANDIS QUOAD CLERICOS RITUS ORIENTALIS EXTRA FINES PROPRII PATRIARCHATUS PEREGRINANTES.

Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali pluries etiam recenter relatum est viros quosdam fraudulenter falsa documenta exhibentes et sacerdotum orientalium nomen ac vestem usurpantes per varias regiones vagari, eleemosynas quaerere, Missarum stipendia colligere, imo et facultatem Divinum Sacrificium celebrandi postulare.

Ne istae gravissimae ac sacrilegae fraudes suum habeant deprecabilem exitum, eadem Sacra Congregatio locorum Ordinarios instantissime rogat ut normas et decreta memorerit quae Apostolica Sedes ad praecavendos huiusmodi dolos et damna non semel tradidit.

Praesertim vero in mentem revocari et observari debent : Decretum « Qua sollerti » d. 23 decembris a. 1929 *{A: 8.8.,* XXII, 1930, p. 99) de clericis orientalibus qui in Americae vel in Australiae regiones immigrant ad curam spiritualem fidelibus proprii ritus praestandam; Decretum « Non raro accidit » d. 2 ianuarii a. 1930 *(A. A. 8.,* XXII, 1930, p. 106) de clericis orientalibus qui in easdem regiones se conferunt ob aliam causam oeconomicam vel moralem et ad breve tempus; Decretum « Saepenumero » d. 7 ianuarii a. 1930 *(A. A. 8.,* XXII, 1930, p. 108) de clericis orientalibus eleemosynas, pecuniam vel Missarum stipendia colligentibus extra orientales dioeceses; Decretum « Quo facilior » d. 26 septembris a. 1932 *(A. A. 8.,* XXIY, 1932, p. 344) de clericis orientalibus praeter proprium Patriarchatum versantibus. Haec decreta inter alia praescribunt nullum sacerdotem orientalem ad Missae celebrationem extra proprium Patriarchatum admitti posse nisi exhibeat authenticas et adhuc validas litteras commendatitias Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali (cfr. etiam can. 804, § 1, C. I. C.) et nullum Ordinarium lati-

num- in proprio territorio permittere posse clerico orientali, cuiusvis ordinis et dignitatis, sive pecuniae sive stipendiorum Missarum collectas facere, sine authentico et recenti rescripto eiusdem Sacrae Congregationis (cfr. etiam can. 622, § 4, C. I. C).

Si aliquando, propter adiuncta omnino peculiaria, pecuniae vel stipendiorum Missarum collectam permittere iudicaverit, ipsa Sacra Congregatio Episcopos locorum singillatim et expresse .certiores faciet de hac licentia ac de ratione tributae concessionis. Nullus ideo Ordinarius, extra casum quo ipsemet a S. Sede, vel directe vel per Legatum Romani Pontificis praemonitus fuerit, ullo modo concedere poterit vel permittere ut quaelibet collecta a clericis orientalibus in sua dicione fiat.

Quod si fecerint, ipsi respondere tenentur de Missarum celebratione, et pro modo culpae, de auxilio praestito quoad pecuniam et stipendia seu intentiones Missarum collecta. (Cfr. Decretum << Saepenumero », d. 7 ianuarii a. 1930, *A. A. S.,* XXII, 1930, p. 109).

Ut securius qualiscumque abusus vitetur rogantur Excmi Ordinarii ut de his normis certiores faciant suos sacerdotes, praesertim ecclesiarum rectores, domos religiosas, et quatenus opus sit, etiam fideles.

Datum Eomae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, d. 20 iulii a. 1937.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

BOGOTEN.

VOTI

Die 18 ianuarii .1936

SPECIES FACTI. — Die 27 octobris 1819 Archiepiscopus Bogotensis, una cum clero saeculari et regulari ac Capitulo ecclesiae cathedralis civitatis Sanctae Fidei de Bogota, grati animi causa erga B. M. Virginem ex multiplicatis beneficiis urbi collatis, duplex emisit votum, celebrandi nempe quotannis festum Immaculatae Conceptionis eo die quo R. Pontifex dogma definiret, atque ieiunium servandi in pervigilio eiusdem festi.

Die 20 novembris a. 1870, novus Archiepiscopus, in memoriam revocans praedictum votum, edictum promulgavit in quo de novo celebrationem solemnem festi Immaculatae Conceptionis iniunxit, adiungens praeterea dictum votum in eodem festo renovatum iri a se et ab omnibus ad festum concurrentibus, qui votum illud emittere voluissent. De voto vero ieiunii nullum verbum. Ceteri Archiepiscopi successores nihil de illo

duplici voto dixerunt. Nonnullis quidem annis magister caerimoniarum, iussu Archiepiscopi, in Ordine divini Officii adiecit : « ieiunium pro clero archidioecesis iuxta consuetudinem ex voto», vel « ieiunium pro clero Bogotensi».

Qua de causa cum deinde quaestio orta esset, an scilicet clerus enunciato voto adstringeretur, hodiernus Archiepiscopus quod sequitur dubium huic Sacrae Congregationi Concilii solvendum proposuit : « an et quomodo adhuc vigeat votum in casu ».

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. — Iure communi votum non obligat ratione sui nisi emittentem (can. 1310 § 1), nec quisquam voto alieno vi voti obligari potest, nisi ipse votum pariter emittat; est enim votum actio personalis, quae a propria voluntate voventis fiat necesse est et in illa proxime et immediate niti debet. Quodsi De Angelis, *Prael. iuris canonici,* lib. III, tit. 34, n. 2, putavit votum ab aliqua societate emissum vi voti obligare etiam successores in eadem societate, in hac re sectatores non habuit et iuris textus ac doctorum doctrinas sibi habet adversantes (cfr. cap. 6, de voto III, 34; Schmalzgrueber in h. tit., n. 45 sq., 51 sq.).

Quare si civitas vel communitas, velut dioecesis aut paroecia, voveat peragere tale ieiunium, vi voti non obligantur nisi qui voverunt, v.gr., qui Episcopo pro dioecesi voventi adhaeserunt cum intentione se eodem Episcopi voto obligandi, aut cum eadem intentione ratum habuerunt votum nomine fidelium dioecesanorum factum. Quoad posteros, qui eiusdem communitatis deinde facti sunt membra, nimis evidens est hos non obligari voto communitatis, tunc emisso quando necdum nati erant. Generatim ergo membra communitatis, quae personaliter votum non emiserunt, obligari possunt a legitima auctoritate ecclesiastica, vi legis latae, quae utique ferri etiam potest ob motivum religionis. Et S. C. Rituum hac de re constanter respondit ad huiusmodi observantias per votum inductas solos tantum teneri voti obligatione qui vota emiserunt; reliquos posse teneri ex lege ecclesiastica, quam statuere et ex causa abrogare sit penes auctoritatem ecclesiasticam. Cfr. v. gr. Gardellini (ed. 3), *Rescripta authent.,* n. 1444, 1621, 1871, 2019, 4122.

Quod dictum est de lege, valet de statuto. Quapropter si Capitulum cathedrale voveret ieiunium, successores in Capitulo possent manere obligati ex statuto capitulari, non ex voto quod non emiserunt, nisi in ingressu in Capitulum votum personaliter emitterent.

Iam vero in casu nostro, omnes qui votum ieiunii a. 1849 emiserunt et formulae voti subscripserunt, iamdiu mortui sunt. Hi qui post eorum mortem in clero successerunt, tale votum non emiserunt. Vel ipso a. 1870

cum facta est publica renovatio voti, solum actum est de voto solemniter celebrandi festum Immaculatae Conceptionis, de ieiunio observando in pervigilio edictum Archiepiscopi silet. Nihil igitur mirum quod hodie clerus dubitet de tali obligatione ex lege dioecesana, quae debuisset esse clara et convenienter promulgata. Quod autem talis lex non fuerit promulgata videtur evinci ex ipsa ignorantia Episcoporum sibi succedentium, ex ignorantia populi, ex ipso dubio et difficultate facta ex parte plurium de clero.

Ubi illud etiam opportunum est adnotare, quod iure Codicem praecedente nullus quidem iuris communis et universalis textus allegari poterat, quo Episcopis aut Conciliis particularis esset ablata potestas in suis territoriis ieiunia aut abstinentias praecipiendi (cfr. Benedictum XIV, *,De Synodo dioec,* lib. XIII, cap. 4, n. 6,7; cap. 5, n. 8); at passim doctores tradebant iamdiu Episcopos illo iure uti non solere, et solummodo urgere observationes ieiuniorum, quae iure communi essent praescripta. Unde saltem consequens erat, ut si quando illa potestate iamdiu non usitata uti vellent, deberent id facere claris expressisque verbis per legem convenienti modo promulgatam.

Quae lex clara et praecisa indubitabili modo promulgata a praesenti Archiepiscopo et a suo clero ignoratur, et certe inter documenta allegata non reperitur. Si allegatur quod in Ordine divini officii adiiciebatur aliquando : « ieiunium pro clero Bogotensi » ; ex hoc nihil inferri potest, cum non dicantur anni, in quibus illa adiectio facta fuit quae postea cessavit; nam dum viverent qui votum emiserunt, profecto hi erant obligati ex voto. At, iure Codicis, Ordinarii locorum etiam pro suo territorio non possunt instituere aliquam diem abstinentiae aut ieiunii; solum possunt aliquem peculiarem diem abstinentiae aut ieiunii in sua dioecesi *per modum actus indicere ob peculiarem causam* (can. 1244). Quapropter in praesenti, quoad actualem clerum, si quae esset obligatio, ea ex lege dioecesana proveniret, et nunc, ad normam can. 1244, talis obligatio ieiunii non amplius existit.

RESOLUTIO. — In plenariis comitiis huius Sacrae Congregationis habitis die 18 ianuarii 1936, ad propositum dubium : *An et quomodo adhuc vigeat votum in casu;* Emi Patres respondere censuerunt : *Ex deductis non constare de obligatione voti.*

Pacta autem postridie Ssmo Dno Nostro Pio Pp. XI per subscriptum huius Sacrae Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

I. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis ut infra datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando, Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Papa XI dignatus est sequentes Ecclesias providere, nimirum:

die IS aprilis 19S7 — Titulari episcopali Ecclesiae Hieritanae R. P. Theodorum Hermannum Breher e Congregatione Ottiliensi O. S. B. pro missionibus exteris, quem constituit Vicarium Apostolicum de Yenki.

die 18 maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Praenetiensi R. P. Franciscum Hensehke, dioeceseos Portaugustanae presbyterum, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Iosephi Vilphridi Dwyer, Episcopi Corvopolitani.

— Titulari episcopali Ecclesiae Capitoliensi R. P. Henricum Ambrosium Pinger, O. F. M., quem constituit Vicarium Apostolicum de Chowtsun.

— Titulari episcopali Ecclesiae Chusirensi R. P. Franciscum Xaverium Ochoa, ex Ordine Recollectorum S. Augustini, quem constituit Vicarium Apostolicum de Kweiteh.

— Titulari episcopali Ecclesiae Altavensi R. P. Ambrosium Kelly, e Congregatione S. Spiritus, quem constituit Vicarium Apostolicum Sierrae Leonis.

die 1 iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Candybensi R. P. Iacobum Pessers, Societatis Divini Verbi sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum de Timor Neederlandica.

II

NOMINATIONES[9]

Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando datis decretis renunciavit ad suum beneplacitum :

die IS aprilis 19S7. — R. P. Eugenium MacPolin, e Societate S. Columbani pro missionibus apud Sinenses, *Praefectum Apostolicum Kwoshuensem.*

E. P. Stephanum Kim, e clero coreano, *Praefectum Apostolicum Zenshuensem.*

die 16 aprilis. — R. P. Augustinum Guérin, e Societate Missionariorum Africae, *Praefectum Apostolicum de Nzerekore.*

die 2Jf aprilis. — R. P. Iosephum Fogued, e Congregatione Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. M. V., *Praefectum Apostolicum de Turiki in Sinis.*

die H maii. — R. P. Aurelium Gianora, Canonicum Regularem S. Mauritii Agaunensis Ordinis S. Augustini, *Praefectum Apostolicum de SikJcim.*

die 21 maii. — R. P. Pacificum a Virgine Carmeli, O. C. D., *Praefectum Apostolicum S. Michaelis de Sucumbios.*

die 11 iunii. — R. P. Alphonsum Bossart, O. M. L, *Praefectum, Apostolicum de Ipamu.*

— R. P. Gerardum M. H. Martens, e Congregatione Cordis Immaculati Mariae (Scheut), *Praefectum Apostolicum de Makassar.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

ROMANA SEU LUCEORIEN.

CANONIZATIONIS B. ANDREAE BOBOLA MART., SACERDOTIS PROFESSI E SOCIETATE IESU.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet post indultam Beato Andreae Bobola ab Apostolica Sede venerationem, in casu et ad effectum de quo agitur.

Polonia, generosa tellus, barbaris atque catholicae fidei hostibus oppositum propugnaculum, innumeros gloriatur se habere filios, qui suum sanguinem pro Christo ad nostra usque tempora profuderunt. Quos inter iure merito Beatus Andreas Bobola excellere videtur. De illustri enim stirpe nobilitate generis clara, egregiisque factis de patria et religione summopere merita, a. D. 1591 natus est Andreas, qui gentem suam Societatemque Iesu a. 1657 gloriosissimo martyrio illustriores reddidit.

Insignem hnnc pugilem, miraculis quoque clarum, sa. me. Pius Papa IX die 30 octobris mensis a. D. 1853 Beatorum fastis sollemniter adscripsit. Quum autem nova miracula a Deo, eo interveniente, patrata esse viderentur, die 23 iulii a. 1924 Canonizationis Causa fuit resumpta, Remissorialesque litterae sive Archiepiscopo Cracovien, sive Cardinali Urbis Vicario ab hac Sacra Congregatione missae sunt ad construendos apostolica auctoritate processus super duplici mira sanatione.

Pro iuridica harum apostolicarum inquisitionum vi, die 22 ianuarii a. 1936 editum est decretum, planum que factum est iter ad has perpendendas sanationes.

Prior mira sanatio in urbe Krynica, in Archidioecesi Cracoviensi, die 3 septembris mensis a. 1922 evenit.

Idae Henricae Turnau viduae Kopecka, annos natae quadraginta sex, ob osteomalaciae morbum roentgenianorum radiorum curatio fuit adhibita. Exinde graves ustiones in abdomine est passa. Altera ex his in 15 ët 12 centimetra protendebatur, altera vero aliquantulo minus. Hae ustiones foetida saniemque manantia ulcera genuerunt, quae insanabilia, nisi quoque mortifera, a medicis sunt habita. Particula de B. Andreae Bobola reliquiis corpori apposita, eoque invocato, Ida statim ita convaluit, ut sine impedimento et infirmae sorori curas adhibere et Ecclesiam adire valuerit. Inspecto speculi ope abdomine nullum amplius ulcus vidit, manibus autem sensit ulcerum loca pelle contecta; id quod et medicus a curatione ita fuisse de visu comprobavit. Idem medicus, atque periti ab hac Sacra Congregatione deputati, sanationem hanc naturae vires excedere edixerunt.

Altera sanatio in alma hac Urbe die 30 decembris a. 1933 contigit.

Soror Aloisia Dobrzynska, e Congregatione Servarum Mariae V. Immaculatae, acuta pancreatite, aliis morbosis stipata symptomatibus, laborabat, a qua non aliter, nisi forte per chirurgicum ferrum, sanari potuisset, uti medicus a curatione pluresque ab hac Sacra Congregatione delecti periti, collegialiter quoque coacti, pluribus etiam perspectis radiographiis, nos edocent. Ferventes a consororibus aliisque ad B. Andreae patrocinium implorandum effusae sunt preces. Die 29 decembris morbus in sua gravitate saeviebat, die insequenti de sua malignitate adeo remiserat, ut periti omnes sanationem iam tunc evenisse consentiant.

De utraque hac mira sanatione die 17 martii mensis elapsi anni apud Revmum Cardinalem Petrum Segura y Sáenz, Causae Ponentem, antepraeparatoria Congregatio coacta est, quam die 14 iulii mensis eiusdem anni Praeparatoria ad Vaticanas aedes, die vero 16 martii mensis huius anni Generalis coram Ssmo D. N. Pio Papa XI subsecutae sunt. In hac

postrema idem Revmus Cardinalis Ponens sen Relator Dubium proposuit disceptandum : *An et de quibus miraculis constet post indultam Beato Andreae Bobôla ab Apostolica Sede venerationem in casu et ad effectum de quo agitur.* Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores suam quisque mentem aperuerunt.

Beatissimus vero Pater suam proferre sententiam in banc distulit diem, Dominicam quartam post Paschalia gaudia, Sancto Evangelistae Marco sacram.

Ad Se itaque Sanctitas Sua Revmos Cardinales Camillum Laurenti, S. R. C. Praefectum, et Petrum Segura y Sáenz, Causae Ponentem seu Relatorem, nec non R. P. Salvatorem Natucci, Fidei Promotorem Generalem, meque infrascriptum Secretarium arcessiri iussit; sacrosancto autem eucharistico sacrificio religiosissime litato, edixit : *Constare de duobus miraculis, Beato Andrea Bobola intercedente, a Deo patratis;* scilicet : *De instantánea perfectaque sanatione tum Idae Kopecka a gravi ustione radiorum X, cum Sororis Aloisiae Dobrzynsha ab acuta pancreatite.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum Romae, die 25 aprilis a. D. 1937.

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

NEAPOLITANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI MARIAE CHRISTINAE A SABAUDIA, REGNI UTRIUSQUE SICILIAE REGINAE.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Mariae Christinae virtutes perpendenti ultro mentem subeunt Sapientis verba : *Deus honoravit patrem in filiis* (Eccli., 3, 3) et: *Gloria filiorum patres eorum* (Prov., 17, 6). Filiae enim, praecipue vero Christina, natu minima, quas piissimi coniuges Victorius Emmanuel I Sardiniae Rex et Regina Maria Teresia genuerunt, tanta pietate

morumque integritate emicuere, ut anceps haereas an plus honoris parentes ex tali sobole acceperint, an haec illustris sobóles ex parentibus universaque Sabauda prosapia.

Cuius quidem prosapiae genus non solum fortissimis in bello gerendo ducibus atque egregiis in populo regendo viris floruit, sed, quod longe maius est, plures decurrentibus saeculis, viros ac mulieres protulit, qui, heroico virtutum christianarum exercitio, patriam ,atque Ecclesiam nobilitarunt. Praetermissis antiquioribus, qui ut Beati coluntur, proximiore aevo Carolus Emmanuel IV, Victorii frater natu maior, qui regno se in fratris favorem abdicavit, eiusque uxor Ven. Clotildes Borbonia, Ludovici XVI soror, insignia christianae vitae dederunt specimina.

In amoenissimo hoc viridario, quasi suavissimus flos, Maria Christina, Carola, losepha, Caietana, Ephisia die 14 novembris mensis a. D. 1812, Carali in Sardinia, quo Rex exulaverat, prodivit, eodemque die, sacris baptismi aquis Summi Regis adoptiva filia facta est; paulloque post ab ipsa matre B. Mariae Virgini in celebri Caralitano sanctuario, vulgo *Buonaria,* oblata est, eiusque tutelae credita. Ano 1824 Confirmationis sacramentum, sacram que Eucharistiam primitus Lucae recepit.

Quantum in christianae perfectionis semita, adhuc puellula, ipsa profecerit, plura virtutum exempla aperte ostendunt, quae iam tunc exhibebat, iugesque conatus ad ampliores gradus assequendos. Suam voluntatem vel in minimis abnegando, parentum praeceptorumque nutibus diligentissime obsequebatur. Etsi litteris, linguis, bonis artibus, pingendi arte aliisque suae conditioni aptis ornamentis egregie instructa, demisse tamen de se sentiebat, ceterosque sibi praeponens, eorum necessitatibus optatisque, quantum sibi datum erat, occurrere sollerter curabat. Pacis atque ordinis studiosissima, vivacem indolem, ne rationis modum excederet, fortiter compescuit; tanta autem pollebat prudentia, ut eius consilium avide exquireretur. Christum ipsum in pauperibus venerans, munifica manu eorum inopiam levare satagebat, divitias in pauperum sinu esse deponendas dicere solita.

Plures diei horas, tanto cordis affectu orationi incumbebat, ut veluti extra sensus rapi aliquando visa sit. Ex hac in Deum pietate illam animi fortitudinem hausit, qua patris a regia dignitate abdicationem, eiusque, nec non multo post, amantissimae matris excessum, aliasque aerumnas invicte sustinuit.

Quas virtutes rite aestimantes omnes qui noverant, eam *Angelum* appellabant. Mundi vanitatem exosa, religiosam vitam amplecti animo volvebat, verum divinam voluntatem in sui spiritus moderatoris consilio agnoscens, Carolo Alberto Regi obsequuta, a. 1832 matrimonium apud

Génuam in B. M. V. sanctuario vulgo «' dell'Acqua » cum Ferdinando IT, Utriusque Siciliae Rege, inivit.

Probe perpendens, uti perbelle S. Ioannes Chrysostomus scribit, praecipuum ((domesticae pacis ac bonorum omnium fundamentum illud esse, « si uxor viro per omnia consentiens sit » (hom. 4 in Ep. ad Tit.), nunquam vel in minimis viri sui iusta optata neglexit, quin immo in omnibus ei placere quam diligentissime curavit. Unde iis quoque oblectamentis, ceterum honestis atque regiae conditioni consentaneis, a quibus alienum haberet animum, ut viro suo morem gereret, divinum placitum et in his perspiciens, hilari laetoque vultu utebatur. Ita tamen viro suo, pro suo officio, placere studuit, ut et Deo placeret magis.

Totam ((familiam suam (S. Hieronymi verbis utimur) ita regebat et « confovebat, ut se matrem magis suorum, quam dominam videri vel- <(let, a quibus benignitate potius, quam servitute, reverentiam exigebat » (Ep. ad Celantiam).

Pari ratione erga totius regni subditos se exhibuit. Nulli enim publicae necessitati occurrere negligebat, totamque suam substantiam in pauperum solamen effusa caritate impendebat. Licet autem nunquam se in publicis regni negotiis inconsulte immisceret, ferventes ad Deum preces pro regni felicitate elevabat; quas enixius fundebat, quum Rex administros in consilium accivisset. Quare factum est, ut a Rege, praesertim in domestica consuetudine, maxime dirigeretur, cunctusque populus tot tantasque virtutes demiratus, eam sanctam praedicaret, deliciasque suas diceret.

Die 16 ianuarii a. 1836 Maria Christina regni heredem summo tum Regis cum totius populi gaudio est enixa, cui Francisci Assisiensis nomen fuit impositum, quique post mortem patris Franciscus II, nomine, regni gubernacula tractanda suscepit.

Gravi febri non multo post correpta, atrocibus doloribus patientissime toleratis, Ecclesiae sacramentis piissime susceptis, divinae voluntati ex corde acquiescens, die 31 ianuarii a. 1836 purissimam animam Deo reddidit.

Ingens ad demortuae exuvias invisendas popularis concursus factus est, omnibus amantissimam matrem, Reginamque beneñcentissimam complorantibus.

Sanctitatis fama perseverante, in Neapolitana ac lanuensi Curiis Ordinaria auctoritate inquisitiones canonicae sunt confectae. Plures interim Postulatoriae litterae, inter quas illae Cardinalis loachimi Pecci Episcopi Perusini, qui postea, Leonis XIII assumpto nomine summum Pontificatum gerens hanc causam cognovit, Pio Papae IX porrectae sunt,

qui die 9 iulii a. 1859 Commissionem Introductionis Causae Sua manu obsignavit. Apostolicis processibus rite absolutis, ceterisque de iure servatis, Antepraeparatoria Congregatio coram Rmo Cardinali Constantino Patrizi, Episcopo Ostien. et Veliternen., S. R. C. Praefecto et Causae Ponente, die 16 maii mensis a. 1876 habita fuit, cui duae Praeparatoriae die 20 iulii a. 1880 et die 1 aprilis a. 1882 successerunt, die demum 1 iulii a. 1884 Generalia coram Leone XIII fel. rec. coacta sunt comitia, in quibus Rmus Cardinalis Raphaël Monaco-La Valletta Episcopus Albanen., Causae Ponens seu Relator, Dubium proposuit disceptandum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate in Deum et proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine ac Temperantia, earumque adnexis, in gradii heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Cui tum PP. Cardinales, cum Praelati officiales et Consultores suum dedere suffragium.

Summus vero Pontifex, his votis exceptis, sententiam suam causis sibi notis edere distulit. Modo Ssmus D. N., omnibus Causae momentis sedulo perpensis, dilatam tunc temporis sententiam in hac nobilissima Causa edere volens, sollemnem hanc diem, 6 maii mensis, Christo in caelum Ascendenti sacram, selegit. Quare accitis ad Se Rmis Cardinalibus Camillo Laurent!, S. R. C. Praefecto, atque Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Ostien. et Albanen, nec non R. P. Salvatore Catucci, Eidei Promotore Generali, meque infrascripto Secretario, sacrosancto Missae sacrificio religiosissime celebrato, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servae Dei Mariae Cliristinae a Sabaudia, regni Utriusque Siciliae Reginae, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri, et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum ex Arce Gandulphi, die 6 maii a. D. 1937, in festo Ascensionis Domini.

C. Card. LATJRENTI, *Praefectus.*

L. © S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

AGRIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (LESKOWICS-RAGANY)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñi Ioannis Ragany, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 19 octobris 1937, hora duodecima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

Dubium : *An constet de matrimonii nullitate in casu.*

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Dñi Ioannis Ragany, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

Arcturus Wynen, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 16 iulii 1937.

I. Pendola, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Jean Ragany, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne -ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, via della Dataria, 94) le 19 octobre 1937, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans ce cast

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Jean Ragany devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISO DI CONCORSO

Presso la S. Congregazione dei Concilio è aperto un concorso per tre posti di Aiutante di Studio, dei quali uno nell'Ufficio disciplinare e gli altri due nell'Ufficio amministrativo.

Vi potranno prender parte i Sacerdoti che non abbiano superato il 40° anno di età e che non più tardi del 31 del p. v. ottobre abbiano presentato alla Segreteria della stessa S. Congregazione la domanda corredata del *nulla osta* del proprio Vescovo, insieme ai documenti comprovanti gli studi compiuti ed altri titoli che riterranno opportuno esibire.

U concorso consisterà in una prova scritta su temi relativi alla materia di competenza della medesima S. Congregazione, con speciale riferimento alle disposizioni canoniche riguardanti la disciplina ecclesiastica per il posto nell'Ufficio disciplinare e a quelle amministrative per i due posti nell'Ufficio amministrativo, avendo in vista per l'uno e per gli altri posti le norme concordatarie dei Patti Lateranensi.

La data del concorso sarà notificata ai singoli concorrenti.

Roma, 15 luglio 1937.

G. Bruno, *Segretario.*

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 6 luglio 1937, la S. Congregazione dei Riti si è adunata nel Palazzo Apostolico Vaticano in seduta *preparatoria*, con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali, dei Revmi Prelati Officiali e dei Revmi Consultori teologi, per discutere sulla eroicità delle virtù della Serva di Dio Maria Soledad Torres Acosta, fondatrice dell'Istituto delle Serve di Maria per la cura degli infermi.

Martedì, 20 luglio 1937, la S. Congregazione dei Riti si è adunata presso Sua Eminenza Revma il Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente o Relatore della causa di beatificazione e canonizzazione della Venerabile Serva di Dio Maria Domenica Mazzarello, confondatrice dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice, con l'intervento dei Revmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, per discutere in seduta *antepreparatoria* di due miracoli che si dicono da Dio operati per intercessione della suddetta - Venerabile.

.Martedì, 27 luglio 1937, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti in seduta ordinaria *particolare*, per discutere sopra la validità dei processi ordinari ed apostolici sulle virtù del Venerabile Servo di Dio Pietro Donders, sacerdote professo della Congregazione del Santissimo Redentore, e della Serva di Dio Caterina Volpicelli, fondatrice dell'Istituto delle Ancelle del Sacro Cuore, nonché sul non culto dei Servi di Dio Pietro Olivaint e compagni, martiri della « Commune » di Parigi, della Compagnia di Gesù, del Servo di Dio Vitale Giustino Grandin, vescovo di S. Alberto, della Congregazione degli Oblati di Maria Immacolata, e del Servo di Dio Adolfo Petit, sacerdote della Compagnia di Gesù.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante,, si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti Soprannumerari oli S. S. :

29	aprile	1937.	Monsig. Riccardo Giuseppe Gearty, dell'archidiocesi di La Piata.
13	maggio		Monsig. Ambrogio Griffith, dell'archidiocesi di Vancouver.
»	»	»	Monsig. Francesco Chaloner, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Tommaso Niehol, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Floriano Eder, della diocesi di Sant'Ippolito.
20	»		Monsig. Giovanni Triebl, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Soher, della medesima diocesi.
3	giugno	»	Monsig. Leonardo Winkler, dell'archidiocesi di Colocza.
5	»	»	Monsig. Adamo Pucci, della diocesi di Fano.
10	»	»	Monsig. Giovanni Prandini, della diocesi di Carpi.
»		»	Monsig. Martino Keating, dell'archidiocesi di Los Angeles.
»	»	»	Monsig. Giuseppe T. McGucken, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Michele O'Halloran, della medesima archidiocesi.
17		»	Monsig. Candido Balma, dell'archidiocesi di Torino.
24	»	»	Monsig. Emilio Zueger, della diocesi di Coirà.
»	»	»	Monsig. Melchiorre Camenzind, della medesima diocesi.
»	»	»	Monsig. Luigi di Lazzari, della diocesi di Tarquinia.
1	luglio	»	Monsig. Luigi Grassi, dell'archidiocesi di Brindisi.
8		»	Monsig. Carlo Dhe, della diocesi di Förth Wayne.
15	»	»	Monsig. Guglielmo Bertuzzi, della diocesi di Piacenza.

15 luglio 1937. Monsig. Luigi Anania (Koma).
» » » Monsig. Nicola Onetto, della diocesi di Massa e Populonia.
» » » Monsig. Paolo Rabini, dell'archidiocesi di Ancona.
30 » » Monsig. J. Donaldo Conway, della dioeesi di Davenport.

Cameriere Segreto Soprannumerario di Spada e Cappa di S. S. :

5 luglio 1937. Il sig. Marchese Carlo Pacelli (Roma).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

20 maggio 1937. Monsig. Giovanni Mayer, della dioeesi di Sant'Ippolito.
27 » » Monsig. Giuseppe Bertucci, della diocesi di Grosseto.
3 giugno » Monsig. Pietro Dolciotti, della diocesi di Senigallia.
» » » Monsig. Vittorio Amedeo Mercuri, della medesima diocesi.
17 » » Monsig. Pietro Bruni (Roma).

Cappellano Segreto d'onore di S. 8.:

3 giugno 1937. Monsig. Ottone Angeli, dell'archidiocesi di Oolocza.

NECROLOGIO

20 giugno 1937. Monsig. Melezio Abou-Assaleh, Vescovo dei Melchiti di Eliopoli.
28 » » Monsig. Bruno Occhiuto, Vescovo di Cassano all'Jonio.
1 luglio » Monsig. Antonio Bonaventura Jeglié, Arcivescovo tit. di Garella.
7 » » Monsig. Adolfo Giuseppe Jelowicki, Vescovo tit. di Lorima.
21 » » Monsig. Tranquillo Guarneri, Vescovo di Acquapendente e Bagnoregio.
23 » » Monsig. Giacomo Maria de Amicis, Vescovo tit. di Sinope.
10 agosto » Emo Signor Card. EUSTACHIO ILUNDAIN Y ESTEBAN, Arcivescovo di Siviglia.
15 » » Monsig. Carlo Paolo Sagot du Vauroux, Vescovo di Agen.
16 » » Monsig. Giusto Antonino Eheguren y Aldama, Vescovo di Oviedo.

An. et **vol. XXIX** **6** septembris **1937** (Ser. **II, v. IV)** - Num. **11**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA pn PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ABYSSINIAE

VICARIATUS APOSTOLICUS ABYSSINIAE SUPPRIMITUR ET NOVAE EX ILLO PRAEFECTURAE APOSTOLICAE ERIGUNTUR, VIDELICET DE GONDAR, DE TI GR AI ET DE DESSIÉ. TERRITORIUM INSUPER DANCALIAE REGIONIS VICARIATUI APOSTOLICO ERYTHREAE ADNECTITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo in Aethiopiae regionibus catholicae fidei propagationi et spirituali christifidelium illic degentium regimini facilius ac salubrius consuli possit, Apostolicae Sedi opportunum visum est vel Missiones inibi exsistentes aliter circumscribere vel novas constituere, si novis nunc locorum rerumque adiunctis id melius respondere videatur. Quapropter, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, peculiari Pontificiae Commissioni ad catholicas Missiones in novum ordinem in Aethiopia redigendas praepositorum consulto, omnibus mature perpensis, certa scientia, de apostolicae potestatis plenitudine, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Vicariatum Apostolicum Abyssiniae, anno millesimo octingentesimo quadragesimo septimo erectum, supprimendum statuimus ac tenore praesentium supprimimus et abolemus, eiusque territorium, Dancalia regione excepta, quam Vicariatui Apostolico Erythreae iisdem hisce Litteris, adnectimus, in tres partes dividimus et exinde tres Praefecturas Apostolicas erigimus et constituimus, videlicet *de Gondar, de Tigrai* et *de Dessié,* quas ita nominandis volumus

ac decernimus. Praefectura Apostolica *de Gondar* regionem amplectetur, quae Commissariatuum Civilium *de Gondar, Semien, Goggiam* et *Beghemeder* limitibus circumscribitur; eamque Congregationi Filiorum a SS. Corde Iesu civitatis Veronensis concredimus, atque Praefecti Apostolici Sedem in urbe *Gondar* statuimus. Praefectura Apostolica *de Tigrai* regiones amplectetur, quae sub *Tigrai* nomine veniunt, eosdemque fines habebit ac Commissariatus Civiles, simul sumpti, qui a locis *Aduae, MaTcallé, Adigrat, Abbi Addi et Alomatá* appellantur; eamque Congregationis Missionis curis concredimus et Praefecti Apostolici sedem in urbe *Adigrat* statuimus. Praefectura Apostolica *de Dessié* regionem amplectetur, quae Commissariatuum Civilium ab *U olio* et *Bebra Brehan* nuncupatorum limitibus circumscribitur, eamque incliti Fratrum Minorum Ordinis curis concredimus et Praefecti Apostolici sedem in urbe *Dessié* statuimus. Novis igitur tribus istis Praefecturis Apostolicis, quas singulas praefatorum Ordinum seu Congregationum curis, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, concreditas volumus, earumque Praefectis Apostolicis pro tempore omnia tribuimus iura, privilegia, et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae Apostolicae et illarum Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam suppressionis, dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die vigesima quinta mensis martii, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

EUGENIUS Card. TISSERANT
8. C. pro Eccl. Orient, a Secretis

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus^*
Ludo vicus Kaas, *Protonotarius Apostolicus ¿*

Loco £8 **Plumbi**

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVI, n. 80 **- Al. Trussardi.**

II

DE MOGADISCIO

VICARIATUS APOSTOLICI DE MOGADISCIO FINES MUTANTUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo in Vicariatu Apostolico de Mogadiscio facilius aptiusque evangelizationis operi consulatur, Apostolicae Sedi opportunum visum est ad novam eius circumscriptionem devenire, quae novis nunc locorum rerumque adiunctis melius respondeat. Quapropter, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, peculiari Commissioni ad catholicas Missiones in Aethiopia exstantes in novum ordinem redigendas praepositorum, consulto, Nos, omnibus mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia, de apostolicae potestatis plenitudine, statuimus ac decernimus ut Vicariatus Apostolicus de Mogadiscio eosdem posthac fines habeat ac civile Somaliae Italicae Gubernium. Quae, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam statuti, decreti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die vigesima quinta mensis martii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

f Dominicus Spolverini, Archiep. tit. Larissen., *Prot. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Prot. Apost.*

Loco £& Plumbi

Reg in Cane. Ap., Vol. LVI, n. V, **- Al. Trussardi**

III

DE KAFFA SEU DE GIMMA

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE KAFFA AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR, SUB NOMINE « DE GIMMA », EIUSQUE LIMITES DEFINIUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae christiano nomini facilius aptiusque propagando utiliora videntur, ea ut sollicito studio decernamus Nos admonet supremi quo fungimur apostolatus officium.

Considerantes igitur ad Christi regnum inter infideles dilatandum non parum prodesse ad potiorem Vicariatus gradum et dignitatem Praefecturas Apostolicas quandoque extollere et earumdem Missionum limites melius definire, si id rerum et locorum adiuncta exigere videantur, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium peculiari Commissioni ad Missiones catholicas in novum ordinem in Aethiopia redigendas praepositorum consilio, suprema Nostra auctoritate Praefecturam Apostolicam de Kaffa ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem evehimus, quem, mutato nomine, *de Grimma* in posterum nuncupari volumus; ac decernimus ut Vicariatus ipse territorio deinceps constet, civile Gubernium *de Galla* et *Sidamo* complectente, exceptis commissariatibus civilibus *de Sidamo* et *de Borana)* ex quorum territorio novam hac ipsa die Praefecturam Apostolicam *de Neghelli* ereximus et constituimus. Novum autem Vicariatum *de Gimma* Instituto Missionum a Consolata, cuius sodales sollerti studio iam ibi adlaborant, etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concreditum volumus.

Huic autem Vicariatui de Gimma eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur.

Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent.

Nemini autem hanc paginam evectionis, constitutionis, concessionis, statuti, decreti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die vicesima quinta mensis martii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*
Ludovicus Kaas, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco g* Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. TSV I, n. IS **- Al. Tnissardi.**

IV

DE GIBUTI

PRAEFECTURAE APOSTOLICAE DE GIBUTI FINES MUTANTUR

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo in Praefectura Apostolica de Gibuti, Ordinis Minorum Cappuccinorum curis concredita, evangelizationis operi facilius aptiusque consulatur, Apostolicae Sedi opportunum visum est ad novam eiusdem Missionis circumscriptionem devenire, quae novis nunc locorum rerumque adiunctis melius respondeat. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Commissioni ad Missiones catholicas in novum ordinem in Africa Orientali redigendas praepositorum, consilio, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia, de apostolicae potestatis plenitudine statuimus ac decernimus ut limites Praefecturae de Gibuti iidem in posterum sint ac Somaliae Gallicae fines. Quae, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut ex-

cerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti, munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam statuti, decreti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die vigesima quinta mensis martii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
***Cancellarius 8.** R. E.*

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

f Dominicus Spolverini, Archiep. tit. Larissen., *Prot. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Prot. Apost.*

Loco SB Plumbi

Reg. ***in Cane. Ap., Vol. LVI, n. 75*** **- Al. Trussardi.**

V

AFRICAE INTER POPULOS GALLA

STATUITUR UT VICARIATUS APOSTOLICI AFRICAE INTER POPULOS GALLA FINES IMMUTENTUR ET IPSE IN POSTERUM ((DE HARAR » SIT NUNCUPANDUS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo in Aethiopia catholicae fidei propagationi aptius et facilius consuli queat, Nobis et Apostolicae Sedi ad novam inibi exsistentium Missionum circumscriptionem devenire valde opportunum visum est, quae novis nunc locorum rerumque adiunctis melius respondeat. Quapropter, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, peculiari Commissioni ad Catholicas Missiones in Aethiopia exstantes in novum ordinem redigendas praepositorum, consulto, Nos, omnibus mature perpensis, certa scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesu-

mant consensu, statuimus ut Vicariatus Apostolicus Africae inter Populos *Galla,* Ordini Minorum Cappuccinorum concreditus, posthac « de Harar » nomen habeat eiusque fines iidem sint ac civilis Gubernii *de Harar* limites. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam statuti, decreti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo septimo, die vicesima quinta mensis martii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

f Dominicus Spolverini, Archiep. tit. Larissen., *Prot. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Prot. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. ***in Canc. Ap., Vol. LVI, n. 11*** **- Al. Trussardi.**

VI

DE ADDIS ABEBA

NOVUS VICARIATUS APOSTOLICUS « DE ADDIS ABEBA » ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo in Aethiopia catholicae fidei propagationi aptius et facilius consuli queat, Nobis et Apostolicae Sedi ad novam inibi exsistentium Missionum circumscriptionem devenire valde opportunum visum est, quae novis nunc locorum rerumque adiunctis melius respondeat. Quapropter, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, peculiari

Commissioni ad catholicas Missiones in Aethiopia exstantes in novum ordinem redigendas praepositorum, consulto, Nos, omnibus mature perpensis, certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, Vicariatum Apostolicum *de Addis Abeba* erigimus et constituimus eumque clero saeculari concredendum esse volumus ac decernimus. Statuimus insuper ut novi huius Vicariatus territorii fines iidem sint ac civilis Gubernii de Addis Abeba limites.

Huic igitur novo de Addis Abeba Vicariatui eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, iisdemque eos adstringimus oneribus, quibus ceteri adstringuntur.

Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum .transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam erectionis, constitutionis concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo septimo, die vicesima quinta mensis martii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TB. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius ***8.*** *R. E.*

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. *C. de Propaganda Fide Praef.*

f Dominicus Spolverini, Archiep. tit. Larissen., *Prot. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Prot. Apost.*

Loco £B Plumbi

Reg. in Cane. Ap.,, Vol. LVI, n. ***10*** **- Al. Trussardi**

VII

DE NEGHELLI

NOVA PRAEFECTURA APOSTOLICA DE NEGHELLI ERIGITUR EIUSQUE LIMITES DEFINIUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo in Aethiopia catholicae fidei propagationi aptius et facilius consuli queat, Nobis et Apostolicae Sedi ad novam inibi exsistentium Missionum circumscriptionem devenire valde opportunum visum est, quae novis nunc locorum rerumque adiunctis melius respondeat.

Quapropter de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, peculiari Commissioni ad catholicas Missiones in Aethiopia exstantes in novum ordinem redigendas praepositorum, consulto, Nos, omnibus mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia, de apostolicae potestatis plenitudine, novam Praefecturam Apostolicam de Neghelli erigimus et constituimus simulque decernimus ut ipsa territorium complectatur Commissariatuum civilium *de Sidamo* et *de Borana,* ad civile Gubernium de Galla et Sidamo pertinentium. Novam insuper Praefecturam hanc de Neghelli curis Sodalium Instituti Pontifìcii a Sanctis Apostolis Petro et Paulo et Sanctis Ambrosio et Carolo pro missionibus ad exteras gentes, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, tenore praesentium committimus. Huic igitur Praefecturae Apostolicae eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Praefecturae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, iisdemque eos adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur.

Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu

temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die vicesima quinta mensis martii, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius** S. **R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
*S. **C. de Propaganda Fide Praef.***

f Dominicus Spolverini, Archiep. tit. Larissen., *Prot. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Prot. Apost.*

Loco ££ Plumbi

Reg. in Cano. Ap., Vol. LVI, n. 72 - **Al. Trussardi.**

VIII

S. HIPPOLYT!, VIENNENSIS, STRIGONIENSIS ET ALIARUM

TERRITORIA QUARUMDAM DIOECESIUM REIPUBLICAE CECOSLOVACAE FINITIMARUM NOVA CIRCUMSCRIPTIONE DEFINIUNTUR ATQUE EX IIS NONNULLAE ADMINISTRATIONES APOSTOLICAE AD NUTUM SANCTAE SEDIS CONSTITUUNTUR. INSUPER ALIQUAE DIOECESES, AD PROVINCIAS ECCLESIASTICAS AGRIENSEM ET STRIGONIENSEM HUCUSQUE PERTINENTES, APOSTOLICAE SEDI IMMEDIATE SUBIECTAE DECLARANTUR ET PAROECIAE OMNES BYZANTINI RITUS IN DICIONE CECOSLOVACA POSITAE DIOECESI MUKACEVENSI SUBDUNTUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad ecclesiastici regiminis incrementum **unitatemque** maxime confert Dioeceses ita circumscribere ut earum limites cum Statuum Civilium finibus apte congruant; exinde enim fideles cum proprio Ordinario expeditius et absque ulla difficultate quolibet tempore communicare valent.

Quum vero post ultimas Europae Centralis vicissitudines nonnullae dioecesium partes in territorio diversorum Statuum finitimorum exstent,

Nos, omnibus mature perpensis, certa scientia, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae potestatis plenitudine ea quae sequuntur statuimus ac decernimus :

Territorium vulgo *Vitoraz* e dioecesi Sancti Hippolyti, ad quam hucusque pertinuit, dismembretur atque dioecesi Budovicensi adnectatur.

Item territorium *Valtice* ex archidioecesi Viennensi avellatur et dioecesi Brunensi adiungatur.

Territorium tum dioecesis Rosnaviensis tum Cassoviensis, ad meridiem Reipublicae öecoslovacae intra fines civiles Regni Hungarici iacens, ab ipsis dioecesibus dismembretur et in duas Administrationes Apostolicas, ad nutum Sanctae Sedis, interim constituatur.

Territorium autem ad archidioecesim Strigoniensem pertinens atque constituens Administrationem Apostolicam Tyrnaviensem ab eadem Archidioecesi seiungatur et, donec aliter provideatur, Administratio Apostolica ad nutum S. Sedis permaneat.

Pariter pars cecoslovaca dioecesis Satmariensis, quadraginta quinque paroecias continens, ab huius dioecesis territorio seiungatur, et, donec aliter provideatur, manere pergat sub Administratione Apostolica, uti nunc est.

Cum de ecclesiastica finium circumscriptione ad septentrionem Reipublicae Öecoslovacae adhuc agatur, dispositiones suo tempore edicentur tum circa territorium G lácense, quod nunc sub archidioecesis Pragensis dicione exstat, tum circa territorium vulgo *Katscher* nunc ad archidioecesim Olomucensem pertinens; quod duplex territorium in Germaniae finibus positum est.

Ttem opportuno tempore ab hac Apostolica Sede statuetur de gemino territorio quod, ad archidioecesim Vratislaviensem modo pertinens, intra fines Reipublicae öecoslovacae situm est.

Quod vero attinet ad hierarchicam ordinationem dioecesium Cassoviensis, Rosnaviensis et Scepusiensis, quae hucusque ad provinciam ecclesiasticam Agriensem suffraganeae pertinuerunt, eas ab hac provincia distrahimus earumque Episcopos a metropolitico iure Archiepiscopi Agriensis eximimus, atque decernimus ut ipsae interim Apostolicae Sedi immediate subiiciantur.

Item dioeceses Neosoliensem, Mtriensem, Mukacevensem et Presovensem suffraganeas hucusque metropolitanae Ecclesiae Strigoniensis, ab hac provincia ecclesiastica separamus earumque Episcopos a metropolitico iure Archiepiscopi Strigoniensis subtrahimus easque Apostolicae Sedi immediate subiicimus.

Quam primum fieri poterit Apostolica Sedes duas novas in Republica Cecoslovaca constituet metropolitanas sedes, alteram latini ritus in Slovachiae alteram ritus orientalis in regione Subcarpatica.

Decernimus denique ut paroeciae omnes nec non filiales byzantini ritus, ad diversas ecclesiasticas circumscriptiones modo pertinentes et in Cecoslovacae dicione positae, quae a Sacra Congregatione, cuius res est, rite definientur, a sua quaeque dioecesi dismembrentur atque dioecesi Mukacevensi Ruthenorum adiungantur.

Quibus autem ut supra dispositis, venerabilem Fratrem Xaverium Ritter, Archiepiscopum titularem Aeginensem et Nuntium Apostolicum in Republica Cecoslovaca ad ea exsecutioni mandanda deligimus, quae territorium in eiusdem Reipublicae dicione positum respiciunt, cui propterea omnes tribuimus facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus imponimus ad S. Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis actorum intra sex menses ab his Litteris datis transmittendi.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint aut praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus.

Volumus quoque ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque.

Nemini autem hanc paginam dismembrationis, unionis, constitutionis, mandati, decreti et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die secunda mensis septembris, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

EUGENIUS Card. PACELLI
a Secretis Status

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apost.*
Alfonsus Carinci, *Protonot. Apost.*

Loco Pg Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LVII, n. 53 **- Al. Trussardi.**

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

10 agosto 1937. Il Revmo D. Anselmo Albareda, O. S. B., *Consultore della Sacra Congregazione dei Riti (Sezione storica).*

20 » » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Francesco Marmaggi e Luigi Maglione, *Membri della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

14 giugno 1937. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore della Congregazione delle Figlie della Santa Vergine della « Retraite » di Vannes.*

15 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Luigi Maglione, *Protettore della Congregazione delle Piccole Suore dei Poveri.*

Assistenti al Soglio Pontificio:

26 giugno 1937. S. E. Revma Monsig. Stanislao Gali, Arcivescovo tit. di Carpato, Ausiliare dell'Emo Signor Cardinale Arcivescovo di Varsavia.

21 luglio » S. E. Revma Monsig. Francesco Picaud, Vescovo di Bayeux e Lisieux.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

10 giugno 1937. Monsig. Eugenio Soulas, della diocesi di Valence.

» » » Monsig. Felice Vernet, della medesima diocesi.

19 » » Monsig. Giovanni Travaglini, dell'archidiocesi di Chieti.

2 luglio » Monsig. Domenico Tardini (Roma).

8 » » Monsig. Cristiano Giuseppe Caminada, della diocesi di Coirà.

» » » Monsig. Andrea Restrepo Sáenz, dell'archidiocesi di Bogota.

Prelati Domestici di Sua Santità :

9 gennaio 1933. Monsig. Giovanni Nevin, dell'archidiocesi di Sydney.
23 ottobre 1935. Monsig. Ermanno Martin, dell'archidiocesi di Friburgo in Brisgovia.
13 dicembre » Monsig. Giovanni Van Acken, della diocesi di Münster.
» » » Monsig. Sebastiano Euringer, della diocesi di Augusta.
15 gennaio 1936. Monsig. Ferdinando Buchwieser, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.
» » » Monsig. Nicola Brem, della medesima archidiocesi.
29 aprile » Monsig. Michele Muenz, della diocesi di Ratisbona.
1 giugno » Monsig. Francesco Onderek, dell'archidiocesi di Breslavia.
» » » Monsig. Ludovico Wrzol, della medesima archidiocesi.
16 dicembre » Monsig. Carlo Bocek, della diocesi di Budejovice.
7 gennaio 1937. Monsig. Pietro Santos, dell'archidiocesi di Manila.
» Monsig. Prudenzio David, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Vincenzo Fernandez, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Narciso Gatpayad, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Ruperto Del Rosario, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Carlo Inquimboy, della medesima archidiocesi.
29 Monsig. Giuseppe de Grimmenstein, dell'archidiocesi di Olomouc.
Monsig. Adalberto Lanzerdörf er, dell'archidiocesi di Praga.
29 aprile Monsig. Domenico Raimondi, della diocesi di Acqui.
18 maggio Monsig. Vittorio Longo, dell'archidiocesi di Napoli.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemeDte regnante, si è degnato di conferire :

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

30 giugno 1937. Al N. U. Antonio dei Conti Aluffi Pentini, Guardia Nobile di Sua Santità.

La Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

14 giugno 1937. Al sig. comm. Giorgio Pirson, della diocesi di Namur.
19 » » Al sig. comm. Giovanni Battista Migliori, dell'archidiocesi di Milano.
26 » » Al sig. comm. Emmanuele Musso (Città del Vaticano).

La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

12 giugno 1937. Al N. U. ing.. Carlo Luppis, dell'archidiocesi di Ferrara.
23 » » Al sig. dott. Luigi Sparano, della diocesi di Pelotas.

La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

13 dicembre 1935. Al sig. Barone Federico Carlo von Sturmfeder-Hornek, dell'archidiocesi di Bamberga.
16 novembre 1936. Al sig. dott. Ignazio Tiefenbach, dell'archidiocesi di Olomouc.
1 giugno 1937. Al sig. ing. Almo Pianetti, della diocesi di Terni.
14 » » Al sig. Gastone Tessier, dell'archidiocesi di Parigi.
18 » » Al sig. dott. Oscar Diethelm, dell'archidiocesi di Sydney.
» » » Al sig. dott. Alberto Sormany, della diocesi di Chatam.
21 » » Al sig. Pietro Crete, del Vicariato Patriarcale Armeno dell'Iran.
27 » » Al sig. cav. Giulio Ciocci (Città del Vaticano).

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

28 novembre 1935. Al sig. Guglielmo Cornelio Verhahn, dell'archidiocesi di Breslavia.
23 marzo 1936. Al sig. Francesco Busch, dèlia diocesi di Berlino.
30 settembre » Al sig. rag. Raffaele Di Salvo, dell'archidiocesi di Monreale.
23 febbraio 1937. Al sig. Massimiliano Vandenbroucque, dell'archidiocesi di Cambrai.
I giugno ». Al sig. arch. Gaetano Coppoli, della diocesi di Terni.
7 » » Al sig. dott. Raimondo Molinéry, della diocesi di Agen.
» » » Al sig. Bernardo Favier, dell'archidiocesi di Algeri.
10 » » Al sig. dott. Vincenzo Bernabai, della diocesi di Civitavecchia.
» » » Al sig. Camillo Parrini, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Bernardo Giovanni Drabbe, della diocesi di Haarlem.
14 » » Al sig. Emilio Oudin, dell'archidiocesi di Tours.
» » » Al sig. Alfredo Despont, dell'archidiocesi di Parigi.
» » » Al sig. Maurizio Dufour, della medesima archidiocesi.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe militare:

II giugno 1937. Al sig. generale Carlo Giuseppe Maria de Montluisant, della diocesi di Valence.

An. et vol. XXIX 7 octobris 1937 (Ser. II, v. IT) - Num. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. xi

LITTERAE ENCYCLICAE

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES : DE SACRO B. VIRGINIS MARIAE ROSARIO.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Ingravescentibus malis aetatis huius nostrae non semel Nos, ac nuperrime per Encyclicas Litteras « Divini Redemptoris », [1] nullum posse ediximus praeberi remedium, nisi per reditum ad Christum eiusque sanctissima praecepta. Ille siquidem unus « verba vitae aeternae » habet; [2] nec possunt privati homines, neque publica potest societas — eius posthabito Numine ac divina reiecta lege — aliquid extruere, quod pedetemptim non miserrime labatur.

Attamen, quisquis Catholicae Ecclesiae annales intento consideraverit animo, facile is cernere poterit cum quibuslibet christiani nominis fastis validum Deiparae Virginis patrocinium esse coniunctum. Etenim cum grassantes usque quaque errores

[1] *Acta Ap. Sed.,* 1937, vol. XXIX, p. 65.

2 Cf. IOANN., VI, 69.

inconsutilem Ecclesiae vestem dilacerare, universumque catholicum orbem sub vertere conarentur, ad eam patres nostri fidenti animo confugerunt, quae « cunctas haereses sola interemit in universo mundo » ;[1] ab eademque parta victoria f eliciora tempora reduxit. Cum vero Mahumedana impletas, ingentibus subnixa classibus, magnisque exercitibus suffulta, Europae populis cladem servitutemque minaretur, tum, Summo Pontifice auspice, coelestis Matris tutela instantissime implorata est; atque adeo fuere profligati hostes, eorumque naves submersae. Ac quemadmodum in publico, ita in privato discrimine cuiusvis aetatis christifideles a Maria suppliciter contenderunt, ut sibi suppetias benignissima occurreret, corporis animique doloribus levamen tum ac remedium impetratura. Et nunquam profecto potentissimum eius auxilium, ab iis qui pia fidentique prece imploravissent, incassum desideratum est.

Iamvero, nostris hisce temporibus in religiosam civilemque societatem non minora ingruunt pericula. Siquidem, cum a nimium multis neglegatur, vel repudiatur prorsus summa atque aeterna ratio iubentis ac vetantis Dei, consequens est ut christiani officii conscientia debilitetur, ut fides elanguescat in animis vel funditus restinguatur, ut denique ipsa humanae consortionis fundamenta labefactentur ac miserrime corruant. Idcirco ex una parte videre est civium classes inter se alicubi decertare atroci ter, eorum scilicet qui amplis fortunis utantur, atque eorum qui cotidiano labore victum sibi suisque comparare debeant. Atque in quibusdam regionibus, ut omnes norunt, res eo usque processit, ut privatum sit ius possidendi deletum, omniaque bona in commune redacta. Ex altera vero, non desunt homines, qui rei publicae numen se maxime colere atque efferre profiteantur, qui civilem rerum ordinem auctoritatemque firmandam omni ope praedicent, atque adeo infanda *communistarum* placita penitus esse refellenda sibi sumant; qui tamen — contempto evangelicae sapientiae lumine — ethnicorum errores eorumque ducendae vitae rationem renovare

[1] Ex Brev. Rom.

enitantur. Huc accedit vaferrima illa. ac funestissima eorum secta, qui, ut infitiatores sunt osoresque Dei, aeterni Numinis hostes se iactant ; quocumque irrepunt ; cuiusvis religionis fidem detrectant ex animisque evellunt; humana denique divinaque iura poterunt: et cum caelestium bonorum spem ludibrio habeant, et ad commenticiam praesentis vitae beatitatem, vel per summam iniuriam assequendam, ;alliciant homines, eos per turbas, per cruentas rebelliones, per civilisque conflagrationem belli, ad rerum omnium dissolutionem temerario ausu compellunt.

Nihilo secius, Venerabiles Fratres, etsi tot tantaque mala impendent, ac vel maiora in posterum formidamus, non tamen concidendum animo est, neque de spe fiduciaque remittendum, quae in Deo unice nititur. Ille siquidem, qui sanabiles fecit populos ac nationes, [1] iis procul dubio non deerit, quos pretioso suo sanguine redemit; non deerit Ecclesiae suae. Verumtamen, quod iam principio monuimus, acceptissimam apud eum deprecatricem ac patronam adhibeamus Beatissimam Virginem; quandoquidem, ut divi Bernardi verbis utamur, « sic est voluntas eius (Dei), qui totum nos habere voluit per Mariam ». [2]

In variis vero supplicationibus, quae utiliter Deiparae Virgini admoventur, Mariale Rosarium peculiarem ac praecipuum obtinere locum nemo est e christifidelibus qui ignoret. Hanc precandi formulam, quam nonnulli « Psalterium Virginis » vel « Evangelii christianaeque vitae breviarium » nuncupant, Decessor Noster fel. rec. Leo XIII ita nervose describit magnopereque commendat : « admirabile sertum ex angelico praeconio consertimi, interiecta oratione dominica, cum meditationis officio coniunctum, supplicandi genus praestantissimum ... et ad immortalis praesertim vitae adeptionem maxime frugiferum ». [3] Quod quidem ex ipsis, quibus haec mystica corona nectitur

[1] Cf. *Sap.*, I, 14.

[2] *Serm. in Nativ. B. M. V.*

3 *Acta Leonis XIII,* 1898, vol. XVIII, pp. 154, 155.

floribus, luculenter eruitur. Quaenam etenim aptiores diviniorresqüe preces inveniri poterunt? Prima profecto illa est, quam ipsemet Redemptor noster, cum discipuli ab eo petiissent: « Doce nos orare », [1] suis e labiis edidit; sanctissima haec sane supplicatio, quae ut Dei gloriae, quantum a nobis est, prospicit, ita omnibus consulit corporis animique nostri necessitatibus. Ac revera quomodo fiat, ut Aeternus Pater sui ipsius Filii rogatus verbis, non nobis auxilio succurrat?

Altera vero angelica est salutatio, quae a Gabrielis Archangeli ac S. Elisabethae praeconio incipit, et in piissimam illam implorationem desinit, qua nobis nunc et sub extremas horas opem a Beata Virgine efflagitamus. Quibus quidem precationibus viva voce factis sacrorum accedit mysteriorum contemplatio, qua Iesu Christi eiusque Matris gaudia, dolores, triumphi quasi sub oculos nostros ita referuntur, ut inde angoribus nostris levamentum ac solacium hauriamus; utque nos etiam, sanctissimis eiusmodi exemplis insistentes, ad sempiternae patriae felicitatem, per altioris usque virtutis gradus, conscendere excitemur.

Facilis procul dubio est, Venerabiles Fratres, omnibusque, vel rudibus et indoctis, accommodatus hic precandi modus, quem S. Dominicus mirabiliter provexit, non sine Deiparae Virginis instinctu supernoque admonitu; at quam longe a veritatis itinere ii aberrant, qui eum quasi fastidiosam formulam eadem cantilena identidem repetitam, pueris ac mulierculis solummodo demandandam reiciunt. Quam ad rem primo animadvertendum est pietatem, aeque ac amorem, quamvis creberrime subinde eadem verba geminent, non idipsum tamen iterare, sed aliquid perpetuo novum, ex novo videlicet caritatis sensu depromptum. Ac praeterea hoc supplicationis genus utique evangelicam simplicitatem animique demissionem redolet ac postulat; qua spreta, ab Divino ipso Redemptore edocemur, haud possibilem nobis esse caelestis Regni adeptionem: « Amen dico vobis, nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli,, non in-

[1] Luc, XI, i.

trábitis in Regnum caelorum ».[1] Attamen, si elatum superbia saeculum Mariale Rosarium ludificatur ac respuit, innumera prorsus cohors sanctissimorum hominum, cuiusvis aetatis, cuiusvis condicionis, non modo carissimum habuere, piissimeque recitarunt, sed etiam veluti potentissima arma ad fugandos daemones, ad vitae integritatem conservandam virtutemque alacrius adipiscendam, ad pacem denique conciliandam hominibus, nullo non tempore adhibuerunt. Nec defuere praestantissimi doctrina sapientiaque viri, qui, quamvis studiorum curis rerumque vestigationibus distenti, numquam tamen committerent ut vel unus dilaberetur dies, quin, positis genibus ante Deiparae imaginem, eam hoc piissimo more precarentur. Atque hoc ipsum agere reges etiam ac principes, etsi variis districti sollicitudinibus ac laboribus, sollemne habuerunt; itaque haec mystica corona non rudium tantum ac pauperum manibus gestatur ac teritur, sed cuiuslibet etiam ordinis civibus honori est.

Ac nolumus heic silentio praetermittere ipsam Sanctissimam Virginem, nostris quoque temporibus, hanc orandi formulam impensissime commendasse, cum in Lapurdensi specu se conspiciendam dedit, ac candidam animo puellam exemplo suo eius recitationem docuit. Cur igitur non omnia speranda nobis sint, si rite, si sancte, ut addecet, hac ratione caelesti Matri supplicemus?

At cupimus, Venerabiles Fratres, ut proximo praesertim Octobri mense id ab omnibus christifidelibus, cum in sacris aedibus, tum in privatis domibus, impensiore religione fiat. Quod quidem hoc anno ea potissimum de causa agatur, ut divini nominis hostes, quotquot sempiternum Numen renuunt ac proterve spernunt, quotquot catholicae fidei debitaeque Ecclesiae libertati insidiantur, quotquot denique contra divina humanaque iura vecordi nisu rebellantes, ad ruinam atque interitum communitatem hominum rapere conantur, praevalida interposita Deiparae Virginis precatione, tandem aliquando prostrati ac poenitentia ducti, sese ad frugem bonam et in Mariae tutelam ac

1 MATTH., XVIII, 3.

fidem recipiant. Quae teterrimam Albigensium sectam e christianorum finibus propulsavit victrix, ipsamet, supplicibus efflagitata precibus, novos etiam depellat errores, *communistarum* praesertim, qui non una ratione, non uno pravo facinore, veteres illos in memoriam redigunt. Utque militum cruce signaturam tempore, una erat Europae populis vox, unaque supplicatio ; ita in praesens, per universum terrarum orbem, in urbibus, in oppidis, ac vel in pagis et viculis, collatis animis ac viribus, id a Magna Dei Parente enixe contendatur, ut eiusmodi christiani humanique cultus eversores profligentúr; ac fatigatis anxiisque gentibus pax veri nominis elucescat. Quodsi hoc rite ab omnibus, summa fiducia incensaque pietate fiat, fore sperandum est, ut quemadmodum superiore aetate, ita hac nostra, Beata Virgo id a divino Filio suo impetret, ut procellarum Auctus remittant, décidant, conquiescànt ; utque laudabilem hanc christifidelium precandi contentionem fulgens victoria excipiat ac sequatur.

At praeterea Mariale Rosarium non modo ad Dei osores Religionisque inimicos debellandos maximopere valet, sed evangélicas quoque virtutes excitat, fovet, omniumque animis conciliat. Atque imprimis catholicam fidem alit, quae per opportunam sacrorum mysteriorum commentationem facile revirescit, et ad divinitus impertitas veritates mentes erigit. Quod quidem, cum, nostris hisce temporibus, spiritualium rerum fastidium quoddam christianaeque doctrinae taedium non paucos vel e christifidelibus occupet, valde esse salutiferum nemo est qui non videat.

Spem vero bonorum immortalium vividiorem reddit, cum Iesu Christi eiusque Matris triumphus, quem in extrema recitationis parte meditamur, caelum nobis apertum demonstret, et ad sempiternam adipiscendam patriam invitet. Quapropter, dum tanta terrenarum rerum cupido mortalium animos incedit, dum cotidie acrius caducas divitias fluxasque voluptates discupiunt homines, ad caelestium rerum thesauros, « quo fur

non appropiat, neque tinea corrumpit »[1] utiliter revocantur omnes et ad bona perpetuo niansura.

Quandoquidem vero multorum elanguit ac refrixit caritas, si Redemptoris nostri cruciatus ac mors, si Perdolentis eius Matris angores, ex proposito per Rosarium more, moerenti animo reputentur, cur iidem omnes ad redamandum non inflammentur? Ex qua quidem divina caritate incensior profecto proximorum amor non oriri non potest, si intente consideretur quot labores sit doloresque Christus Dominus perpessus, ut in amissam Dei filiorum hereditatem omnes redintegrarentur.

Vobis igitur, Venerabiles Fratres, cordi sit ut tam frugifera orandi ratio magis in dies magisque propagetur, summo omnibus in pretio sit, omniumque pietatem adaugeat. Satius luculentiusque per vos per eosque, qui concredito gregi pascendo adiutricem vobis dant operam, eius laudes utilitatesque christifidelibus cuiusvis ordinis pateant. Inde vim hauriat adolescens aetas, qua succrescentes pravitatis motus compescat animique candorem tutum intemeratumque servet; indidem repetant senes, suis in trepidis angustisque rebus, requietem, solacium, pacem. Iis vero, qui Catholicae Actioni se dedunt, stimulos adiiciat, quibus permoti susceptum apostolatus opus alacrius diligentiusque urgeant; atque aerumnosis omne genus — iis nominatim, qui in extremo mortis agone versantur — levamentum praebeat ac spem acuat sempiternae beatitatis.

Ac peculiari modo patres matresque familias, hac etiam in re, suae suboli exemplo sint; cum praesertim, inclinato iam die, intra domesticos, parietes, e laboribus, e negotiis redeunt omnes, tum coram sacratissima caelestis Matris imagine una voce, una fide, unoque animo sacrum Rosarium filiorum circulus, parentibus praeeuntibus, recitent. Pulcherrima haec quidem est ac salutifera consuetudo, ex qua procul dubio fieri non potest quin familiaris convictus serena tranquilitate fruatur, ac superna munera impetret. Quamobrem, cum saepissime Nobis novos coniuges contingat coram admittere, eosque paterne affari, Ma-

i Luc, XII, 33.

rialem eis Coronam dilargientes, eam summopere commendamus ; eosdemque etiam atque etiam admonemus — Nostro quoque interposito exemplo — ut ne uno quidem-die, etsi tot tantisque curis laboribusque pressi, ab iis precibus abstineant.

Hisce de causis, Venerabiles Fratres, opportunum duximus vos, ac per vos vestrates omnes, ad piam eiusmodi precationem impense adhortari; neque dubitamus vos, commendationi huic Nostrae libenter, ut soletis, respondentes, uberes esse fructus collecturos. At aliud quoque est, quod in praesens, Encyclicas has Litteras exarantes Nos movet; cupimus scilicet ut Nobiscum omnes, quotquot in Christo habemus filios, immortales summae Dei Parenti grates agant ob recuperatam feliciter a Nobis firmiorem valetudinem. Id, ut occasione data iam scripsimus, [1] Lexoviensis virginis impetrationi, Theresiae nempe ab Infante Iesu, acceptum referimus; at novimus etiam omnia nobis a Deo Optimo Maximo per Deiparae manus impertiri.

Ac postremo, quandoquidem nuperrime, per publicam prelo editam scriptionem, Beatissimae Virgini summa iniuria temerario ausu illata est, contineri non possumus quin, hanc opportunitatem nacti, una cum illius Nationis Episcopis ac populo, quae Mariam « ***Reginam Regni Poloniae*** » veneratur, et eidem Augustae Reginae, Nostrae quoque pietatis officio, debitam satisfactionem adhibeamus, et universo catholico orbi sacrilegum hoc facinus, quod apud gentem civili urbanitate excultam impune patratum sit, conquerendo indignandoque denuntiemus.

Interea vero, divinarum gratiarum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, cum vobis, Venerabiles Fratres, tum gregi unicuique vestrum concredito, Apostolicam Benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi, prope Romam, die xxix mensis Septembris, in festo Dedicationis S. Michaelis Archangeli, anno MDCCCCXXXVII, Pontificatus Nostri decimo sexto.

PIUS PP. XI

1 V. pag. seq. 381.

CHIROGRAPHA

I

AD EMUM P. D. EUGENIUM TIT. SS. IOANNIS ET PAULI S. R. E. PRESBYTERUM CARD. PACELLI, A SECRETIS STATUS, QUO SUMMUS PONTIFEX SIBI RESERVAT MUNUS PRAEFECTI SACRAE CONGREGATIONIS DE SEMINARIIS ET UNIVERSITATIBUS STUDIORUM.

Carissimo Signor Cardinale,

È piaciuto alla sempre santa e benefica volontà di Dio Signore e Padre nostro di privarci della tanto cara ed edificante presenza del Nostro Signor Cardinale Gaetano Bisleti, vera gemma del Sacro Collegio, e di privarci pure della devota, assidua, illuminata e coscienziosa sua collaborazione nelle diverse mansioni da lui occupate e più particolarmente nella Prefettura della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi tanto importante e tanto operosa. In presenza di queste divine disposizioni :

In primo luogo vogliamo, come dobbiamo, sottometter Ci filialmente con tutta la mente, con tutto il cuore, con tutta l'anima alla santissima volontà di Dio. In secondo luogo sentiamo pure il dovere, il bisogno di provvedere subito, non fosse che interinalmente, al governo della sullodata Congregazione. A questo scopo, dopo di aver molto pregato e fatto pregare, e$ anche per dimostrare ancora una volta quanto stimiamo l'importanza della Congregazione stessa per la vita e per il goverrìo della Chiesa, abbiamo deliberato di riservare a Noi stessi, da oggi, la sua Prefettura.

Forse così la divina Bontà accoglieva l'umile Nostro proposito di nulla ricusare, nè lavoro nè dolore, per la Chiesa e per le anime; forse così Essa Ci porge pronta e segnalata opportunità di cooperare in modo tutto speciale al bene della Chiesa e delle innumere anime alle preghiere delle quali, con la intercessione di S. Teresa del Bambino Gesù, Ci concedeva questo ritorno di vita e di forze.

Voglia, Signor Cardinale, notificare quanto sopra nelle forme d'uso, mentre di tutto cuore La benediciamo.

Castelgandolfo, 3 settembre 1937.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. EUGENIUM TIT. SS. IOANNIS ET PAULI S. R. E. PRESBYTERUM CARD. PACELLI, QUO SUMMUS PONTIFEX EMUM AC REVMUM CARDINALEM A SECRETIS STATUS PRO TEMPORE CONSTITUIT PROTECTOREM ACADEMIAE PONTIFICIAE NOBILIUM ECCLESIASTICORUM.

Signor Cardinale,

Tra le molte mansioni assegnate alla diligenza e allo zelo del Cardinale Gaetano Bisleti, il cui lutto Ci ha lasciato sì vivo rimpianto, non ultima fu quella della Protettoria della Pontificia Accademia dei Nobili Ecclesiastici.

Abbiamo molto riflettuto come provvedere in modo degno e sollecito alla Protettoria stessa e Ci è apparso che il Nostro Istituto avrebbe avuto grande vantaggio e sicura garanzia di sviluppi sempre maggiori, se la avessimo affidata al Cardinale Segretario di Stato *pro tempore;* ciò che intendiamo disporre col presente Chirografo.

A tale determinazione Ci ha condotto, oltre che il motivo desunto dall'intimo legame che unisce l'Accademia alla Nostra Segreteria di Stato, anche il desiderio vivo di dare a quella una testimonianza manifesta del Nostro particolare affetto. I preziosi servigi, che l'Accadem,ia ha reso alla Chiesa nel passato, Ci sono pegno di quelli, che con animo fiducioso attendiamo da essa nell'avvenire, in armonia a quegli scopi di altissima importanza per i quali esiste e fiorisce.

Cenacolo di giovani ecclesiastici eletti, che alla vita virtuosa e allo spirito/di pietà aggiungano una felice tendenza agli studi specialmente del diritto e delle lingue; alla nativa gentilezza dell'animo uniscano una distinta squisitezza di modi; alla generosa volontà di apostolato associno un costante desiderio di servire in umiltà e fervore la Santa Sede, l'Accademia non potrà non fornire alle Rappresentanze Pontificie nelle varie Nazioni un personale, che, per la sua formazione intellettuale e morale, corrisponda pienamente alla Nostra aspettazione e ai suoi compiti particolarmente ardui e delicati.

Nel formulare questi Nostri desideri e voti per la Nostra beneamata Accademia, auguriamo a Lei, Signor Cardinale, che dalla cura che avrà di essa raccolga i più dolci conforti e, implorandole il costante aiuto della grazia divina, Le impartiamo la Benedizione Apostolica.

Dato a Castelgandolfo, il giorno otto settembre dell'anno millenovecentotrentasette, decimo sesto del Nostro Pontificato.

PIUS PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

AGRAENSIS ET SIMLENSIS

AB ARCHIDIOECESI AGRAENSI TERRITORII PARS SEIUNGITUR, QUAE ARCHIDIOECESI SIMLENSI ADIUNGITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter apostolicas Romani Pontificis curas illa sane praecipua habenda est, ut, quo facilius recto dioecesum regimini et spirituali animarum bono consulatur, ecclesiasticae circumscriptiones opportune mutentur, prout nova rerum locorumque adiuncta exigere videantur. Congruum, igitur iustumque Nos, de venerabilium Fratrum Nostrum S. R. E. Cardinalium Christiano Nomini Propagando praepositorum consilio, existimavimus porrectis e pluribus Indiarum partibus Apostolicae Sedi precibus libentissime annuere, quibus enixe expostulatum est, ut *Delhi,* ad pervasti Indiarum imperii urbem principem, quo iampridem civilis gubernii sedes translata est, metropolitana quoque sedes transferretur, atque finitimae idcirco archidioeceses cum Agraensis tum Simlensis aliter opportune circumscriberentur. Prae oculis itaque habentes venerabilis Fratris Eduardi Mooney, iam in Indiis Orientalibus Delegati Apostolici, consilium, usque ab anno millesimo nongentesimo tricesimo praebitum, a venerabili Fratre Leone Kierkels, in praesenti ibidem Delegato Apostolico, confirmatum, annuente quoque venerabili Fratre Angelo Raphaële Bernacchioni, Archiepiscopo Agraensi, Nos, omnibus mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia, de apostolicae potestatis plenitudine, ab Archidioecesis Agraensis territorio urbem et districtum de *Delhi* totamque illius territorii partem, quae sub Metropolitae Agraensis dicione modo versatur et ad civilem provinciam seu gubernium de Punjab pertinet, separamus et seiungimus. Istud vero territorium, ab archidioecesi Agraensi ita avulsum, archidioecesis Simlensis territorio unimus et coagmentamus. Statuimus insuper ac decernimus ut Simlensis Archidioecesis, hoc aucta territorio, eiusque pro tempore Archiepiscopus posthac *Delhensis* et *Simlensis* normen assumat; Archiepiscopi vero sedem praecipuam in *Delhi* urbem traiisferimus et ipsius

cathedram in Ecclesia Sacratissimi Cordis Iesu, in eadem urbe exstante, fìgimus et constituimus; qua re Ecclesiam istam ad ecclesiae metropolitanae gradum et dignitatem evehimus et extollimus cum omnibus iuribus, privilegiis et praerogativis, quibus ceterae per orbem metropolitanae ecclesiae fruuntur. Volumus tamen ut antiqua metropolitana Ecclesia in urbe *Simia* concathedralis titulo in posterum decorari valeat atque talis ab omnibus habeatur. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Volumus insuper ut harum Litterarum transumptis a notario publico subscriptis, et sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae <vel ostensae forent. 'Nemini aultem hanc paginam dismembrationis, unionis, evectionis, constitutionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo septimo, die tertiadecima mensis aprilis, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
CANCELLARIUS 8. R. E.

P. Card. FWMASONI BIONDI
8. C. DE PROPAGANDA FIDE PRAEF.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

REG. IN CANE. Ap., Vol. LVI1, N. S **— Al. Trussardi.**

II

LIEPAIENSIS

A RIGENSIS ARCHIDIOECESIS TERRITORIO PARS SEIUNGITUR, EX QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS « LIEPAIENSIS)) NUNCUPANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Aeterna animarum salus ac rectum ecclesiarum regimen quandoque exigunt ut dioeceses dividantur quoties ipsae nimius exuberent vel fidelium numero vel praesertim territorii latitudine. Cum itaque archi-

dioecesis Rigensis in Lettonia tam late pateat ut ab uno vel vigilantissimo Pastore vix regi queat, opportunum visum est ut ipsa dismembretur et nova exinde dioecesis erigatur. Quare Nos, re mature perpensa atque praehabito venerabilis Fratris Antonini Arata, Archiepiscopi titularis Sardiani, Nuntii Apostolici in Lettonia, favorabili voto, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine ab archidioecesi Rigensi civiles districtus Curlandiam et Semigalliam perpetuo seiungimus, atque e territorio ita avulso novam erigimus dioecesim erectamque per praesentes Litteras declaramus, coarctatis hac ratione archidioecesis Rigensis finibus, eamque ab urbe *Liepaia « Liepaiensem* » nuncupari volumus. Ipsius Dioecesis episcopalem sedem in *Liepaia* urbe, a qua dioecesis ipsa nomen mutuatur, statuimus, quamque propterea ad civitatis episcopalis fastigium extollimus, eique concedimus iura et privilegia, quibus ceterae episcopales civitates pollent. Episcopi vero cathedram in paroeciali ecclesia S. Ioseph in eadem urbe exstante, figimus, quam igitur ad Ecclesiae cathedralis gradum et dignitatem evehimus et ei eiusque pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, privilegia, honores, insignia, gratias et praerogativas, quibus ceterae cathedrales Ecclesiae iure communi fruuntur et gaudent; eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae Cathedrales earumque Episcopi adstringuntur. Novam hanc Liepaiensem dioecesim suffraganeam constituimus Ecclesiae Rigensi, quae aliis Nostris Litteris hac ipsa die datis ad Metropolitanae Ecclesiae gradum et dignitatem a Nobis erecta est; Episcopos propterea Liepaienses metropolitico iuri Archiepiscoporum Rigensium subiicimus. Quod vero attinet ad Liepaiensis dioecesis regimen, administrationem, dotationem, ad seminarii institutionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque id genus, servanda iubemus quae hac de re sacri Canones praescribunt. Quod autem ad clerum peculiariter spectat, decernimus ut simul ac huius Dioecesis erectio ad exsecutionem mandata fuerit, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio legitime exstant. Quoadusque insuper in ecclesia cathedrali Canonicorum Capitulum constitui nequeat, volumus ut interim pro Canonicis dioecesani Consultores ad iuris normam eligantur. Volumus denique ut documenta et acta omnia quae novam Dioecesim respiciunt, a Cancellaria archidioecesis Rigensis tradantur Curiae episcopali Dioecesis Liepaiensis, ut in eius archivo religiose serventur. Quibus itaque dispositis et statutis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda quem supra diximus venerabilem Fratrem Antoninum Arata, Nuntium Apostolicum in Lettonia, deligimus, eique propterea tribuimus

necessarias et opportunas ad id facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto eidem onere ad S. Congregationem Consistorialem intra sex menses ab his Litteris datis authenticum exemplar peractae exsecutionis actorum transmittendi. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et f ore volumus ac decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum? Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis, quibus omnibus, etiam speciali mentione dignis, per praesentes Litteras derogamus. Nemini ergo liceat hanc paginam dismembrationis, erectionis, subiectionis, concessionis, statuti, decreti, commissionis, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die octava mensis maii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco ¡£¡ Plumbi

***Reg. in Cane. Ap., Vol. LVII, n. 27* — Al. Trussardi.**

III

RIGENSIS

ARCHIEPISCOPALIS ECCLESIA RIGENSIS AD METROPOLITANAE ECCLESIAE GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR NOVAQUE PROVINCIA ECCLESIASTICA SUB NOMINE ((RIGENSIS » IN LETTONIA CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Plurimum sane confert ad ecclesiasticam disciplinam magis fovendam et regiminis unitatem facilius obtinendam dioeceses quandoque in provincias ecclesiasticas coalescere, si peculiares id exigere videantur cuiusque regionis necessitates. Iamvero quum aliis Nostris sub plumbo Litteris *Aetema animarum salus* hac ipsa die datis latissimum archidioecesis Rigensis in Lettonia territorium divisum sit et nova exinde dioecesis Liepaiensis erecta, valde expedire quoque visum est binas has dioeceses in novam ecclesiasticam provinciam coagmentari et constitui. Quapropter Nos, re mature perpensa, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae potestatis plenitudine decernimus ut totum territorium quod intra Reipublicae Lettoniae fines comprehenditur, unicam efformet ecclesiasticam provinciam, ex sede Rigensi metropolitana et ex sede Liepaiensi suffraganea constitutam, quae a sua metropolitana sede Rigensis nuncupantur. Cathedralem igitur Rigensem ad Ecclesiae Metropolitanae gradum et dignitatem extollimus eique propterea eiusque pro tempore Archiepiscopis omnia concedimus iura, privilegia, insignia, praerogativas et honores, quibus ceterae Metropolitanae Ecclesiae earumque Archiepiscopi iure communi fruuntur et gaudent; praecipue vero Archiepiscopis Rigensibus ius tribuimus Crucem intra fines suae provinciae ante se ferendi et Pallio iuxta lyturgieas leges utendi, postquam tamen illud in Sacro Consistorio rite expostulatum et obtentum fuerit. Item ipsam Metropolitanam Ecclesiam Rigensem eiusque Praesules iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae Metropolitanae Ecclesiae earumque Antistites adstringuntur. Ad quae omnia, ita disposita et constituta, executioni mandanda venerabilem Fratrem Antoninum Arata, Archiepiscopum titularem Sardianum, Nuntium Apostolicum in Lettonia, deligimus, eique propterea necessarias ad id et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur,

quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto eidem onere ad S. Congregationem Consistorialem authenticum peractae executionis actorum exemplar quamprimum transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia et potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere : et si secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Eomanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus autem et mandamus ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die octava mensis maii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

***Beg. in Cane. Ap., Vol. LVII, n. 28* — G. Stara Tedde.**

IV

LANSINGENSIS

EX DIOECESI DETROITENSI TERRITORII PARS SEIUNGITUR EX QUA NOVA DIOECESIS ERIGITUR, ((LANSINGENSIS » NUNCUPANDA.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiarum in orbe circumscriptionum immutatio, si rerum temporumque adiuncta id exigant, haud dubie et spirituali regimini et pastorali ministerio facilius exercendo maxime confert. Quod quidem prae oculis habentes opportunum duximus dioecesim Detroitensem dismembrare et novam exinde dioecesim erigere. Nos igitur de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum consilio, suffragante venerabili Fratre Hamleto Ioanne Cicognani, Archiepiscopo titulari Laodicensi in Phrygia, Delegato Apostolico in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus, re mature perpensa, ac suppleto quatenus opus sit quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae potestatis plenitudine a dioecesi Detroitensi perpetuo separamus ac seiungimus comitatus civiles *Jona, Clinton, Allegan, Barry, Eaton, Jngham, Van Bureu, Kalamazaoo, Calhoun, Jackson, Berrien, Cass, St. Joseph, Brauch, Eillsdale,* atque ita avulsum territorium in novam erigimus dioecesim, finibus propterea coarctatis ecclesiae Detroitensis. Hanc insuper novam Dioecesim « *Lansingensem* » nuncupari volumus, eiusque episcopalem sedem in urbe *Lansing* constituimus, quam idcirco ad civitatis episcopalis fastigium extollimus, eique tribuimus privilegia et iura omnia, quibus ceterae episcopales civitates pollent; Episcopi vero cathedram in paroeciali ecclesia S. Mariae, in eadem urbe exstante, figimus, quam propterea ad Cathedralis Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus, itemque ipsi eiusque pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, privilegia, honores, insignia, gratias et praerogativas quibus ceterae in America Septentrionali cathedrales ecclesiae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent; eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Hanc autem Lansingensem dioecesim suffraganeam constituimus Ecclesiae Detroitensi a qua avulsa est, quamque hac ipsa die aliis Nostris Litteris ad

metropolitanae ecclesiae gradum extollimus; Ordinarium igitur Lansingensem metropolitico iuri Archiepiscopi Detroitensis subiicimus. Quod vero ad huius novae Dioecesis regimen, administrationem et dotationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem itemque ad fidelium iura et onera, aliaque id genus spectat, servanda iubemus quae hac de re sacri canones nec non Concilium plenarium Baltimorense tertium praescribunt. Cum autem temporum adiuncta haud permittant ut Capitulum Cathedrale modo constituatur, volumus ut interim Consultores dioecesani, ad tramitem iuris eligantur. Praeterea quoad clerum attinet, statuimus ut simul ac novae Dioecesis erectio ad exsecutionem mandata fuerit, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio legitime exstant. Mandamus denique ut omnia documenta et acta quae novam Dioecesim respiciunt ab archidioecesis Detroitensis cancellaria, quamprimum fieri poterit, curiae episcopali Lansingensis dioecesis tradantur, ut in eius archivo religiose serventur. Ad quae omnia, ita disposita et statuta, exsecutioni mandanda quem supra diximus venerabilem Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani, in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus Delegatum Apostolicum deligimus, eique tribuimus facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex nfenses, ab his Litteris datis computandos, authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar transmittendi. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides- quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse volumus ac decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Eomanorum Pontifi-

cum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis, quibus omnibus, etiam speciali mentione dignis, per praesentes derogamus. Nemini ergo liceat hanc paginam dismembrationis, erectionis, subiectionis, decreti, concessionis, commissionis, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis autem ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die vigesima secunda mensis maii, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LVII, n. 24 **- Al. Trussardi.**

V

CINCINNATENSIS, MILWAUKIENSIS ET DETROITENSIS

A PROVINCIA ECCLESIASTICA CINCINNATENSI DIOECESES DETROITENSIS ET GRANDORMENSIS ATQUE A PROVINCIA ECCLESIASTICA MILWAUKIENSI DIOECESIS MARQUETTENSIS SEPARANTUR, SIMULQUE EX HISCE DIOECESIBUS UNA CUM MODO ERECTA DIOECESI LANSINGENSI NOVA COSTITUITUR PROVINCIA ECCLESIASTICA DETROITENSIS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad aeternam christifidelium salutem assequendam eorumque spirituale regimen facilius aptiusque exercendum valde absque dubio prodest nimis amplas ecclesiasticas provincias aliter circumscribi atque, si opus fuerit, ex suffraganeis dioecesibus ab illis seiunctis novas ecclesiasticas erigi provincias. Quum itaque ecclesiasticae provinciae Cincinnatensis et Milwaukiensis latissime pateant, et rerum locorumque adiuncta id postulent, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis consistorialibus praepositorum consilio,,

suffragante quoque venerabili Fratre Hamleto Ioanne Cicognani, Archiepiscopo Titulari Laodicensi in Phrygia, et in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus Delegato Apostolico, omnibus mature perpensis, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, ea quae sequuntur apostolicae potestatis plenitudine statuimus ac decernimus. Primo quidem a memorata provincia Cincinnatensi dioecesim Detroitensem, ex cuius territorii avulsa parte aliis Nostris sub plumbo Litteris *Ecclesiarum in orde,* hac ipsa die datis, novam constituimus dioecesim Lansingensem, una cum clero et populo seiungimus et distrahimus, ipsamque propterea eiusque Episcopos a metropolitico iure Archiepiscopi Cincinnatensis subtrahimus. Dioecesim deinde Detroitensem in Archidioecesim constituimus, eiusque Cathedralem Ecclesiam ad Metropolitanae Ecclesiae gradum et dignitatem extollimus; eique, igitur eiusque pro tempore Archiepiscopis omnia concedimus iura, insignia, privilegia, et honores quibus ceterae Metropolitanae Ecclesiae earumque Antistites ad iuris communis tramitem fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae Metropolitanae Ecclesiae earumque Antistites adstringuntur. Archiepiscopis autem Detroitensibus ius peculiariter tribuimus Crucem intra suae provinciae fines ante se ferendi et Pallio iuxta lyturgicas leges utendi, postquam tamen illud in Sacro Consistorio rite expostulatum et obtentam fuerit. Item dioecesim Grandormensem ab eadem Provincia Ecclesiastica Cincinnnatensi, et dioecesim Marquettensem a Provincia Ecclesiastica Milwaukiensi una cum clero et populo separamus, ipsasque earumque Antistites a metropolitico iure Archiepiscopi Cincinnatensis et Archiepiscopi Milwaukiensis subtrahimus. Has autem Cathedrales Ecclesias una cum Ecclesia Lansingensi, suffraganeas constituimus novae Metropolitanae Ecclesiae Detroitensi, earumque Episcopos metropolitico iuri Archiepiscopi Detroitensis subiicimus. Quae nova provincia ecclesiastica, Ecclesiis Detroitensi, Grandormensi, Marquettensi et Lansingensi constituta, a suae metropolitanae sedis denominatione *Detroitensis* nuncupanda erit. Ad quae omnia ut supra disposita exsecutioni mandanda venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani, in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus Delegatum Apostolicum, deligimus, eique necessarias et opportunas ad id tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, facto eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses ab his Litteris datis computandos authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar

transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et amanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere; atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Volumus autem et mandamus ut harum Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impres-, sis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam seiunctionis, evectionis, concessionis, subiectionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die vigesima secunda mensis maii, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. R. E.

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
8. C. Consistorialis a Secretis

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Canc. Ap., Vol. LVII, n. 23 **- Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

I

NOVA DELEGATIO APOSTOLICA AFRICAE ORIENTALIS ITALICAE CONSTITUITUR

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Spectat ad Romanum Pontificem inter multiplices gravesque, quas pro communi animarum bono spirituali suscipit, curas, in eam quoque impensius incumbere ut in regionibus, quae ab hoc Orbis Catholici centro dissitae sunt, Apostolici Delegati constituantur peculiaribus instructi facultatibus per quas spiritualibus locorum eorundemque necessitatibus consulatur. Quapropter cum in regionibus Aethiopiae, nuper in Italiae dicionem potestatemque redactis, nova rerum condicio facta fuerit, qua Missiones catholicae maiora incrementa suscepturae uberioresque ex ministerio apostolico fructus collecturae videantur; Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales Pontificiae praepositi Commissioni, quam Nos ipsi constituimus ut de novo Catholicarum Missionum ordine in Aethiopia stabiliendo consilium caperet, territoria Erythreae atque Aethiopiae (vulgo: Abissiniae), nunc inter limites Apostolicae Delegationis Aegypti, Arabiae, <Eryihreae et Aethiopiae posita, ab eadem Delegatione abstrahenda censuerunt, itemque in memoratis regionibus, Italica quoque Somalia ceterisque finitimis locis additis, nunc Africae Orientalis Italicae dicioni subiectis, peculiarem Delegationem Apostolicam instituendam. Nos autem, quibus nihil antiquius est quam ut rei missionariae procurationi melius provideatur, venerabilium Fratrum ipsorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium consiliis auditis, omnibusque rei momentis religiose perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore ab Apostolica Aegypti Delegatione praefatum Erythreae ac veteris Imperii Aethiopici territorium distrahimus ac separamus, atque ex hoc territorio, addita quoque Somalia Italica, ut supra dictum est, *Delegationem Apostolicam ab Africa Orientali Italica* nuncupandam constituimus; pariterque mandamus ut ex nunc et in posterum Delegati Apostolici Africae Orientalis Italicae residentia in urbe quam vocant « Addis Abeba » sit. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat vel spectare poterunt nunc

et in posterum plenissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXV mensis martii, an. MCMXXXVII, Pontificatus Nostri decimo sexto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status,*

II

TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS DITATUR TEMPLUM, INTRA FINES DIOECESIS VALENTINENSIS, IN MONASTERIO « DE AIGUEBELLE » ORDINIS CISTERCIENSIUM REFORMATORUM, A NOSTRA DOMINA NUNCUPATUM.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Olim in dioecesi Tricastinensi, atque intra hodiernae dioecesis Valentinensis fines exstat antiquum Cisterciensium Reformatorum monasterium, a Nostra Domina de « Aiguebelle » nuncupatum, quod anno fundatum millesimo centesimo trigesimo septimo, gravibus adhuc austerisque architectonicis formis, quibus primitus constitutum est, temporibus etiam nostris mirabiliter servatur. Monasterium idem atque adiectum templum stylo exstructum romanico, ceterarum more Sacrarum magni momenti Aedium, quas eadem aetate in Provincia Romana christifideles, communitates civitatesque et plures Religiosorum Familiae exaedificandas curarunt, bonam omnium intellegentium existimatorum opinionem et famam merito gaudent. Templum autem ad honorem Nostrae Dominae Deo dicatum, structurae severitate atque amplitudine, uti optimae artis romanicae provincialis specimen, enitet. At vita religiosa, quae eodem in monasterio seu Abbatia et templo habetur, eidem est maiori decori atque emolumento. Nam ex Abbatia de « Aiguebelle » iam aliae septem, quae nunc vigent adhuc et florent, prodierunt domus religiosis viris copiosae spiritu primaevo Ordinis Cisterciensis imbutis; atque monachorum memoratae Abbatiae continenti ex opere et benefactis clerus populusque christianus non modo finitimae regionis sed multorum dioecesium magna tum spiritualia tum temporalia etiam lucra faciunt. Frequens vero religiosorum coetus ex eodem Cisterciensi Ordine divinis laudibus concinendis et animorum ministerio explendo sollertem operam praestat ipsius monasterii in templo, quod in praesens sacra quoque suppellectile satis praeditum

est. Cum autem referat Valentinensium Episcopus in templo eodem, octavo saeculari anno a fundatione Monasterii, una cum laudati Ordinis Generali Capitulo Conventum quoque Marialem proximo mense septembri celebrandum esse, pluribus non modo Ordinis praefati Abbatibus, sed multis etiam Episcopis et christifidelibus procul dubio adstantibus, qui ad hunc finem ex dissitis quoque regionibus hoc in templum confluent, pietate erga Beatissimam Virginem Mariam ducti, Nos ut peculiari benignitatis Nostrae testimonio prosequamur tum monachos e Cisterciensium Reformatorum Ordine in « Aiguebelle » degentes, tum christianum populum totius regionis Provincialis, precibus annuendum censemus, quas enixe Valentinensium Episcopus Nobis adhibuit ut memoratum mariale templum de « Aiguebelle » ad titulum et dignitatem Basilicae Minoris evehere dignemur. Quam ob rem, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, praedictum monasterii de « Aiguebelle » e Cisterciensium Reformatorum Ordine templum ad honorem Nostrae Dominae Deo dicatum, intra fines dioecesis Valentinensis, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* decoramus, illique omnia privilegia omnesque honorificentias tribuimus, quae templis hoc titulo honestatis de iure competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super.his, a quovis auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xxiv mensis maii, anno MCMXXXVII, Pontificatus Nostri decimo sexto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

III

TEMPLUM S. IOSEPH, B. MARIAE V. SPONSI, IN CIVITATE ET DIOECESI GRATIANOPOLI!' ANA . BASILICIS MINORIBUS ACCENSETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Gratianopolitanae dioecesis et civitatis intra fines exstat templum in honorem Sancti Ioseph, Beatae Virginis Mariae Sponsi, Deo dicatum, amplitudine atque artis nobilitate

conspicuum, quod, loco antiquioris sacrae aedis a saeculo decimo septimo in qua primum, uti fertur, erga Sanctum Ioseph devotio in Gallia floruit, nostra aetate extructum anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto consecratum est. Cum autem Venerabilis Frater Gratianopolitanus Episcopus supplicibus votis Nos deprecatus sit ut memoratum templum ad titulum et dignitatem Basilicae Minoris evehere dignemur ac Nuntius Apostolicus Noster in Gallia Nobis amplissime vota memorata commendet, Nos, conlatis consiliis cum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, preces huiusmodi annuendum ultro libenterque censemus. Omnibus igitur rei momentis attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum paroecialem ecclesiam in honorem Sancti Ioseph Deo dicatam in civitate ac dioecesi G ratianopolitana titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* una cum privilegiis liturgicis, quae rite competunt, cohonestamus atque condecoramus. Contrariis non obstantibus, quibuslibet. Haec largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant sive spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi sub anulo Piscatoris, die vi mensis iunii, anno MCMXXXVII, Pontificatus Nostri decimo sexto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DECLARATUR PRAEDAMNATUS LIBER CUI TITULUS: « KLOSTERLEBEN. ENTHÜLLUNGEN ÜBER DIE SITTENVERDERBNIS IN DEN KLÖSTERN », AUCTORE BURGHARD ASSMUS.

Feria IV, die 15 septembris 1937

Suprema Sacra Congregatio Sancti Officii rebus fidei et morum tutandis praeposita, ad praescriptum canonis 1399 Codicis Iuris Canonici, ipso iure damnatum esse declaravit atque in indicem librorum prohibitorum inserendum mandavit librum qui inscribitur :

Klosterleben. Enthüllungen über die Sittenverderbnis in den Klöstern von BURGHARD ASSMUS. A. Bock Verlag, Berlin-Schöneberg, 1937.

Et Feria V, die 16 praedicti mensis et anni, Ssnius D. N. D. Pius Divina Providentia Papa XI, eiusdem Supremae Sacrae Congregationis Praefectus, in audientia Revino P. D. Commissario Sancti Officii impertita, relatam Sibi resolutionem approbavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 17 septembris 1937.

E. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

NUCERINAE ET TADINENSIS - FULGINATENSIS

DECRETUM

DE FINIUM DIOECESIUM MUTATIONE

Quum supplices preces Apostolicae Sedi oblatae fuerint ut, pro bono fidelium, paroecia S. Helenae *di Annifo* a dioecesi Nucerina separaretur atque dioecesi Fulginatensi adiungeretur, Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, praerequisito et habito voto Ordinariorum utriusque dioecesis, re mature perpensa, praesenti Consistoriali Decreto statuit ut praedicta paroecia S. Helenae *di Annifo* a dioecesi Nucerina seiungatur atque dioecesi Fulginatensi attribuatur, mutatis hac ratione utriusque dioecesis finibus. Hodiernus autem parochus eiusdem paroeciae S. Helenae, praesentis Decreti vi, incardinatus maneat dioecesi Fulginatensi.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est Exc. P. D. Stephanum Corbini, Episcopum Fulginatensem, eidem tribuens necessarias et opportnas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere quam citius remittendi ad S. Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Datum tlomae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 5 iunii 1937.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 26 maii 1987. — Ecclesiae Detroitensi, nuper in metropolitanam erectae, praefecit Exc. P. D. Eduardum Mooney, hactenus Archiepiscopum-Episcopum Roffensem.

— Cathedrali Ecclesiae Lansingensi, nuper erectae, Exc. P. D. Iosephum Albers, hactenus Episcopum titularem Lundensem.

die SI iulii. — Cathedrali Ecclesiae Roffensi in America Exc. P. D. Iacobum Kearney, hactenus Episcopum Lacus Salsi.

die 12 augusti. — Cathedrali Ecclesiae Calatayeronensi Excmum P. D. Petrum Capizzi, hactenus Episcopum Campaniensem.

die ***14*** *augusti.* — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Marcianopolitanae R. D. Carolum Albertum Gounot, Congregationis Missionis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Alexii Lemaitre, Archiepiscopi Carthaginensis.

— Cathedrali Ecclesiae Massiliensi Exc. P. IJ. Ioannem Delay, hactenus Episcopum titularem Leptimagnensem.

— Cathedrali Ecclesiae Mimatensi Exc. P. D. Franciscum Auyity, hactenus Episcopum titularem Sareptenum.

— Cathedrali Ecclesiae Bellovacensi R. D. Felicem Roeder, professorem s. Theologiae in Seminario Virodunensi.

die 16 augusti. — Cathedrali Ecclesiae Pembrokensi R. D. Leonem Nelligan, Vicarium Generalem archidioecesis Edmontonensis.

— Cathedrali Ecclesiae Hamiltonensi R. D. Iosephum Ryan, parochum Cathedralis eiusdem dioecesis.

die 20 augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Porphyriensi R. P. Alphonsum Camillum De Romanis, ex Ordine Fratrum Eremitarum S. Augustini, deputatum Praefectum Sacrarii Apostolici et eiusdem Sanctitatis Suae Vicarium Generalem in Civitate Vaticana.

die 30 augusti. — Metropolitanae Ecclesiae Compsanae atque Ecclesiis cathedralibus S. Angeli de Lombardis et Bisaciensi, aeque principaliter unitis, R. D. Aniellum Calcara, canonicum Capituli cathedralis Valvensis et rectorem Seminarii Sulmonensis.

— Cathedrali Ecclesiae Cassanensi R. D. Raphaelem Barbieri, Ca-

nonicum theologum Capituli cathedralis S. Marci ibique Delegatum episcopalem.

die Jf septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Sareptenae R. D. Franciscum Canessa, Protonotarium Apostolicum «ad instar » Vicariumque Generalem archidioecesis Ianuensis.

die 6 septembris. — Cathedrali Ecclesiae Triventinae R. D. Epimenium Giannico, praepositum parochum in oppido *Guardiagrele,* in archidioecesi Theatina.

die Ify septembris. — Metropolitanae Ecclesiae Hispalensi Emum ac Revmum P. D. Petrum S. R. E. Presbyterum Cardinalem Segura y Saenz.

die 20 septembris. — Cathedrali Ecclesiae Fanensi Revmum D. Vincentium Del Signore, Protonotarium Apostolicum « ad instar », Vicarium Capitularem atque Canonicum eiusdem Ecclesiae Cathedralis Fanensis.

— Cathedrali Ecclesiae Campaniensi R. P. Iosephum Palatucci, Ordinis Fratrum Minorum Conventualium.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis ut infra datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando, Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Papa XI dignatus est sequentes Ecclesias providere, nimirum :

die 17 iunii 1937. — Cathedrali Ecclesiae Portus Victoriae in Seycellarum insulis praefecit R. P. Marcellum Maradan, ex Ordine Fratrum M. Capuccinorum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Boriensi R. P. Ludovicum Groshenry, e Societate pro missionibus ad Afros, quem constituit Vicarium Apostolicum de Bobo Dioulasso.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sasimensi R. P. Adulphum Ioannem Paschang, Societatis de Maryknoll pro missionibus exteris sodalem, quem constituit Vicarium Apostolicum de Kongmoon.

die 21 iunii. — Cathedrali Ecclesiae Syrensi R. P. Gregorium Vuecino, e Pia Societate Presbyterorum ab Assumptione.

die 1 iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Zertensi R. P. Alphridum Lanfranconi, e Pontificio Instituto pro missionibus ad exteras gentes, quem constituit Vicarium Apostolicum de Toungoo.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cestrenae R. P. Eduardum Bresson, Societatis Mariae, quem Vicarium Apostolicum Novae Caledoniae constituit.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Cypselensi Excíñum P. D. Normannum Gilroy, hactenus Episcopum Portaugustanum, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis hodierni Archiepiscopi Sydneyensis.

— Cathedrali Ecclesiae Trivandrensi Latinorum, noviter erectae, Excmum P. D. Vincentium Dereere, hactenus Episcopum Quilonensem.

die 2 iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Troadensi R. P. Armandum Clabaut, O. M. L, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis hodierni Vicarii Apostolici Sinus de Hudson.

— Titulari episcopali Ecclesiae Gazensi R. P. Ioannem Tirinnanzi, ex Ordine Fratrum Minorum, quem constituit Vicarium Apostolicum Arabiae.

II

NOMINATIONES • \

Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando datis decretis, ut infra, ad suum beneplacitum renunciavit :

die 21 maii 1937. — R. P. Gabrielem Arosio, e Pontificio Instituto pro missionibus ad exteras gentes, *Praefectum Apostolicum de Neghelli.*

die 16 iunii. — R. P. Stanislaum a Virgine Perdolente, e Congregatione Clericorum Excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. N. I. C,
4
Praefectum Apostolicum, de Dodoma.

die 17 iunii. — R. P. Patritium, Mauritium Connaughton, O. F. M., *Praefectum/Apostolicum de Suilisien in Sinis.*

die 18 iunii. — R. P. Patritium, Iacobum Byrne, e Societate de Maryknoll pro missionibus exteris, *Praefectum Apostolicum de Kyoto.*

die 23 iulii. — R. P. Edgarium Larochelle, e Societate pro missionibus exteris Provinciae Quebecensis, *Praefectum Apostolicum de Lintung.*

die 2Jf iulii. — R. P. Iacobum Jacobs, ex Ordine Praemonstratensium, *Praefectum Apostolicum de Lolo.*

— R. P. Iosephum Stebler, e Societate Lugdunensi pro missionibus ad Afros, *Praefectum Apostolicum de Sohode.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

ROMANA SEU LUCEORIEN.

CANONIZATIONIS B. ANDREAE BOBOLA MART., SACERDOTIS PROFESSI E SOCIETATE IESU.

SUPER DUBIO

An stante approbatione aliorum miraculorum post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem TUTO *procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem,.*

((Ecclesia Catholica, ut vera columba gemens, dum est in exilio et in via ad patriam, numquam libera erit a persecutoribus, dicente Apostolo : *Omnes, qui volunt pie vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur ».* Ita praeclare Bellarminus *{De gemitu columbae,* II, 4).

Quae quidem quam vere dicta sint testis adest Ecclesiae historia, tam multo respersae filiorum sanguine. Quos enim mundus trahere ad se blandiendo nequit, hos cruentis saepius persecutionibus impetens, vincere terrore conatur. Hinc ingens ille martyrum exercitus, hisce ipsis nostris diebus novis manipulis auctus, qui Christi Domini Crucem, martyrum Regis, ut fulgida corona gloriae circumdat.

Celebris inter ceteras, memoranda venit teterrima persecutio, quae saeculo decimo septimo in universa fere Polonia, finitimisque regionibus contra catholicum nomen exarsit : quum illic efferatae barbarorum copiae, schismaticis instigantibus, impetum furoris sui contra catholicam fidem converterunt : dirutae ecclesiae, incensa monasteria, sacerdotes ac fideles passim trucidati, vastata omnia. Miseranda nimis spectacula, nostris, heu! renovata temporibus.

Huius immanis persecutionis nobilissima victima cecidit B. Andreas Bobola.

Is, in Palatinatu Sandomiriensi in Polonia a. D. 1591 ex illustri gente natus, mature Societati Iesu nomen dedit mirabilesque in virtutes ecclesiastieasque scientias progressiones fecit. Sacerdotio auctus magnam Poloniae partem apostolicis ministeriis excoluit, adeo ut merito Apostolus animarumque venator fuerit appellatus. Innumeros catholicos ad vitae reformationem adduxit, plurim os que ab haeresi aut schismate ad Ecclesiae sinum reduxit.

Hunc tantum catholicae fidei athletam nefarii homines neci destiñarant. Beatus Andreas, licet periculi sibi imminentis probe conscius, bonus tamen pastor, aggredientibus undique lupis, gregem sibi commissum non deseruit, sed factus ipso discrimine alacrior, huc illuc animosus advolans, spiritualia subsidia fidelibus ministrabat. Verum quum conquisitus, comprehensus, incassumque testatus esset, ut a recta fide deficeret, mortem atrocissimam ei inferre constituunt. Horrescit animus ea recolendo, quae martyr fuit passus. Virgis caesus, manibus, capite, pectore dorsoque excoriatus, ardentibus lampadibus adustus, labiis naribusque recisis, lingua detracta, oculo effosso aliisque diris affectus suppliciis, gladio percussus, die 16 maii a. D. 1657 gloriosissimam martyrii palmam Ianoviae est assecutus. Eius corpus, quod adhuc signa refert tolerati supplicii, feliciter ab impiorum manibus nuper redemptum, in almae Urbis Farnesiano templo religiose colitur .Innúmera signa eius pretiosam mortem sunt subsequuta, ideoque vix tempora sivere, ordinaria auctoritate a. 1712 ab Episcopo Luceoriensi Alexandro Wychowski prior processus adornatus est : alter septem post annos ab Episcopo Ioachim Przybendowski qui utrumque processum Romam transmisit. Tertius auctoritate pariter Ordinaria ab Episcopo Vilnensi Constantino Casimiro Brzostowski a. 1721 fuit confectus. Quartus demum a. 1727 ab Episcopo Luceoriensi, Stephano Rupniewski. Benedictus XIII s. m. die 18 iunii 1729 Introductionis causae Commissionem obsignavit; apostolicaeque inquisitiones peractae sunt in Curiis Luceoriensi et Vilnensi. Benedictus XIV f. r. die 9 februarii a. 1755 constare de martyrio edixit : demum gloriosissimi Pontificis Pii IX auctoritate .beatificationis sollemnia in Vaticana Basilica die 30 octobris a. 1853 celebrata sunt.

Novis miraculis post beatificationem huius Martyris a Deo patratis, resumpta causa canonizationis, de duobus ex his in triplici Congregatione, prout de iure, disceptatum est, atque nuper iussu Ssihi D. N. in festo S. Marci Evangelistae per sacrae huius Congregationis decretum duo haec miracula approbata sunt ad effectum canonizationis obtinendae. Ut causae finis in huius sacrae Congregationis foro imponeretur, reliquum erat ut dubium discuteretur : *An stante approbatione duorum miraculorum post indultam, eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem Tuto procedi possit ad sollemnem ipsius Canonizationem.* Quod dubium die 11 mensis huius in Generali Congregatione coram Ssmo D. N. Pio Pp. XI in Apostolico Palatio ad Arcem Gandulphi Rmus Cardinalis Raphael Carolus Rossi, nomine et vice Rmi Cardinalis Petri Segura y Saenz Causae Ponentis seu Relatoris, proposuit discutiendum. Rmi Cardinales, Officiales Praelati et PP. Consultores in affirmativum responsum unani-

miter concesserunt. Beatissimus vero Pater concors hoc iudicium cum gaudio quidem excepit, verum sententiam suam pandere hac die statuit 16 maii mensis, gloriosi martyrii B. Andreae anniversaria. Eapropter Río os Cardinales Camillum Laurenti S. R. C. Praefectum, et Petrum Segura y Saenz Causae Ponentem, necnon R. P. Salvatorem Natucci Fidei Promotorem Generalem meque infrascriptum Secretarium accivit, sacroque Eucharistico sacrificio pientissime litato, edixit : *Tuto procedi posse ad sollemnem B. Andreae Bobola Canonizationem.*

Faxit Deus ut nova haec, quam datum est sperare, suprema gloria tanto Martyri addenda, qui Polonicae gentis insigne est iubar, suis civibus universaeque Ecclesiae benevertat.

Hoc autem decretum promulgari et in acta S. R. C. referri mandavit.

Datum ex Arce Gandulphi, die 16 maii 1937, in festo Pentecostes,

C. Card. LAURENTI, *Praefectus.*

L. $ S.

A Carinci, *Secretarius.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISÒ

Si rende noto che le domande di ammissione degli ecclesiastici allo Studio della S. Congregazione del Concilio, per la pratica giuridica, amministrativa e catechistica, si ricevono nella Segreteria della stessa S. Congregazione del Concilio dal 20 ottobre al 20 novembre.

Roma, 1 ottobre 1937.

G. Bruno, *Segretario.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

28 agosto 1937. Gli End e Revmi Signori Cardinali Federico Tedescumi e Eugenio Tisserant,° Memön *della 8. Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

25 marzo 1937. S. E. Revma Monsig. Giovanni M. Castellani, Arcivescovo tit. di Perge, *Delegato Apostolico nell'Africa, Orientale Italiana.*

3 luglio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pietro Fumasoni Biondi, *Protettore dell'Istituto delle Suore del Terz'Ordine di 8. Francesco dell'Immacolata Concezione della Beata Maria Vergine* (Clinton Jowa, diocesi di Davenport).

11 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore delle Suore di Carità di Nostra Signora del Buono e Perpetuo Soccorso.*

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo La Puma, *Pro•tettore dèlia Società dei Poveri Fratelli di 8. Francesco Serafico* (Aachem, Àquisgrana).

12 ' luglio 1937. L'Emo e Revino Signor Cardinale Eugenio Tisserant, *Protettore delle Suore di San Paolo* (Chartres).

15 » » L'Emo e Revino Signor Cardinale Federico Tedeschini, *Protettore della Congregazione delle Suore Terziarie Domenicane di Sémes* (Amillis, diocesi di Meaux).

6 agosto » L'Emo **e** Revino Signor Cardinale Nicola Canali, *Proteitore delle Suore del ljerz'Ordine di S. -Francesco di Maria Pmrnacolata* (archidiocesi di Chicago).

7 » » L'Emo **e** Revmo Signor Cardinale Vincenzo La l'urna, Proiettore della Congregazione delle Religiose Domenicane del Sacì'o Cuore di (Jesu (archidiocesi di Catania).

18 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Cremonesi, *Protettore dell'Istituto di Nostra Signora della Mercede* (Aix-en-Provence).

20 agosto)) S. E. Revma Monsig. Alfonso Camillo De Romanis, Vescovo tit. di Porfireoiie, *Suo Sacrista e Suo Vicario Generale per la Città del Vaticano.*

Assistente al Soglio Pontificio:

12 agosto 1937. S. E. Revma Monsig. Pompeo Gliezzi, Vescovo di Borgo * S. Sepolcro.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

19 giugno 1937. Monsig. Giovanni Nevin, dell'archidiocesi di Sydney.

10 luglio » Monsig. Simeone Palcich, dell'archidiocesi di Zara.

1 settembre » Monsig. Pietro Biagioli (Roma).

Prelati Domestici di Sua Santità:

12 giugno » Monsig. Riccardo Zuniga, dell'archidiocesi di S. Giuseppe di Costarica.

17 » » Monsig. Giovanni Battista McDonald, dell'archidiocesi di Vancouver.

» » » Monsig. Pietro Carroll, della medesima archidiocesi.

» » » Monsig. Luigi Forget, della medesima archidiocesi.

21 » » Monsig. Giovanni Natale Mattei-Lota, della diocesi di Ajaccio.

22 » » Monsig. Carmelo Nacci, della diocesi di Oria.

» » » Monsig. Francesco Conti, della medesima diocesi.

23 » » Monsig. Giuseppe E. Grady, della diocesi di Rochester.

23	giugno	1937.	Monsig. Guglielmo F. Bergan, della medesima dioeesi.
24	»	»	Monsig. Michele J. Ready, della dioeesi di Cleveland.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Barra Barreiro, della dioeesi di Cien fuegos.
28	»	»	Monsig. Adelfo Ciarappa, della dioeesi di Todi.
5	luglio	»	Monsig. Rosario Cali, della dioeesi di Acireale.
6	»	»	Monsig. Timoteo Ring, dell'archidiocesi di Westminster.
»	»	»	Monsig. Francesco J. Haas, dell'archidiocesi di Milwaukee.
7	»	»	Monsig. Giovanni J. Clifford, dell'archidiocesi di Los Angeles.
»	»	»	Monsig. Giorgio Donahoe, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Francesco J. Conaty, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Michel O'Gprnian, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Bernardino J. Schiaparelli, della medesima archidiocesi.
8	»	»	Monsig. Bernardo J. Dolan, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Nicola Conneally, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Michele J. Gal vin, della medesima archidiocesi.
»	»	»	Monsig. Edoardo R. Kirk, della medesima archidiocesi.
9	»	»	Monsig. Giuseppe Scheuher, della diocesi di Coirà.
»	»	»	Monsig. Emilio Brigard Ortiz, dell'archidiocesi di Bogota.
10	»	»	Monsig. Giuseppe Clemente Cirillo De Jonge, dell'archidiocesi di Malines. &
»	»	»	Monsig. Onorato Maria Ludovico Van Waeyenbergh, della medesima archidiocesi.
13	»	»	Monsig. Matteo Edakulathur, della diocesi di Trichur.
»	»	»	Monsig. Giovanni Palocaren, della medesima diocesi.
20	»	»	Monsig. Paolo Castel, della diocesi di Montpellier.
29	»	»	Monsig. Giovanni Mérens, della diocesi di Orano.
2	agosto	»	Monsig. Stefano Sciolli, della diocesi di Fossano.
5	»	»	Monsig. Ugo Cogan, della diocesi di Hexham e Newcastle.
»	»	»'	Monsig. Enrico Mackin, della medesima diocesi.
6	»	»	Monsig. Eugenio Dévaud, delle diocesi di Losanna, Ginevra e Friburgo.
7	»	»	Monsig. Giovanni Marianescu, della diocesi di Lugoi.
10	»	»	Monsig. Giuseppe Gutiérrez Pérez, dell'archidiocesi di Guadalajara.
21	»	»	Monsig. Giuseppe Beretta, dell'archidiocesi di Milano.
8	settembre	»	Monsig. Giuseppe Bonanno, della diocesi di Malta.
»	»	»	Monsig. Giuseppe Bearzotti, dell'archidiocesi di Udine.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Commenda dell'Ordine Piano:

31' agosto 1937. Al sig. Angiolo Cassinis, Consigliere dell'Ambasciata d'Italia presso la Santa Sede.

La Placca dell'Ordine di H. Gregorio Magno, classe civile:

10 agosto 1937. Al sig. comm. Luigi Antonini, dell'archidiocesi di Milano.

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. •Gregorio Magno, classe civile:

28 agosto 1937. Al sig. Francesco Caronia, dell'archidiocesi di Monreale.

La Commenda dell'Ordine di $. Gregorio Magno, classe civile:

3 aprile 1937. Al sig. avv. Elhamy Gress, bey (Egitto).
» » » Al sig. avv. Giuseppe Kassis, bey (Egitto).
5 luglio » Al sig. Giovanni Edoardo Loneragan, della diocesi di Bathurst.
» » » Al sig. Guglielmo Reginaldo Giuseppe Fagan, della medesima diocesi.
1.1. » » Al sig. Armando Nosei (Roma).
18 agosto » Al sig. Pietro Brini, della diocesi di Massa e Populonia.
21 » » Al sig. avv. Enrico Couturier, della diocesi di Poitiers.

Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:

3 aprile 1937. Al sig. Aroldo E. Finney, del Vicariato Apostolico del l'Egitto.
16 » » Al sig. avv. Filippo Aziz (Egitto).
» » » Al sig. Naguib Antonio Makhlouf (Egitto).
» » » Al sig. Sobhi Kabis (Egitto).
» » » Al sig. dott. Afif Habra (Egitto).
16 giugno » Al sig. Rinaldo Costanzi (Roma).
17 » » Al sig. Nicola Cassar, dell'archidiocesi di Cartagine.
» » » Al sig. Giacomo Talion, della diocesi di Alexandria, Ontario.
18 » » Al sig. Arturo Le Blanc, dell'archidiocesi di Moncton.
» » » Al sig. Federico Richard, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giovanni O'Neil, della medesima archidiocesi.
22 » » Al sig. Giulio Stoppa (Città del Vaticano).
24 » » Al sig. avv. Aldo Merlino (Roma).
26 » » Al sig. Ferdinando Van den Eerenbeemt, della diocesi di Bois-le-Duc.

26 giugno 1937. Al sig. Ludovico Kooken, della medesima diocesi. .
6 luglio » Al sig. avv. Vincenzo Carnevali (Italia),
)) Al sig. dott. Teodoro Veiter, dell'archidiocesi di Vienna,
» Al sie'. avv. Giorgio De Mortier, dell'archidiocesi di Malines.
» Al sig. Giorgio Maire, dell'archidiocesi di Cambrai.
» Al sig. Eurico Declemy, della medesima archidiocesi.
9 Al sig. Ludovico Pintér, della diòcesi di Sabaria.
14 Al sig. C. V. Antony Esq. B. A. B. L. Retd (Callieth), della diocesi di Trichur.
» Al sig. Paolo Kallukaren, Esq. della medesima diocesi.
» Al sig. Giulio Augusto Lemorge, dell'archidiocesi di Parigi.
17 Al sig. Giuseppe C. Burguefio, dell'archidiocesi di La Piata.
20 Al sig. Giulio Perrin, dell'archidiocesi di Keims.
7 agosto Al sig. Giovanni Parot, della diocesi di Limoges.
Al sig. Giorgio Giovanni Battista Ménissier, della medesima diocesi.
» Al sig. Giorgio Gay-Bellile, della medesima diocesi.
10 Al sig. Enrico Francesco Pietro Kersten, della diocesi di Bois-le-Duc.
Al sig. Nicola Dreesmann, della medesima diocesi.
Al sig. Maurizio Bonnet, della cp-ocesi di Grenoble.
Al sig. Pietro Besserve, della medesima diocesi.
Al sig. Pietro Mantilleri, delle diocesi di Losanna, Ginevra e Friburgo.
Al sig. Giorgio Lacôte, delle medesime diocesi.
.17 Al sig. Giulio Memielet, della diocesi di Versailles.
Al sig. Leone Grimault, dell'archidiocesi di Rennes.
Al sig. Ernesto Thiele, della diocesi di Strasburgo.
21 Al sig. Carlo Maria Teófilo Boinot, della diocesi di Poitiers.
22 Al siff. prof. arch. Italo Baccelli, dell'archidiocesi di Lucca.

La Commenda dell/Ordine di S. Silvestro Papa:

14 gennaio 1936. Al sig. Ermanno 'Vitalowitz, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.
20 aprile 1937. Al sig. Antonio Alberti, del Vicariato Apostolico del Canale di Suez.
7 maggio » Al sig. Francesco Agostino Maria Giuseppe Smits van Waesberghe, della diocesi di Breda.

28 'maggio 1937. Al sig. cap. Giovanni Fabris (Italia).
27 giugno » Al sig. ing. Salvatore Passeri (Roma).
15 luglio » Al sig. avv. Giovanni Braschi, della diocesi di Forlì.
16 » » Al sig. Luigi Tolosa Oliveira e Costa, dell'archidiocesi di S. Paolo del Brasile.
» » Al sig. Paolo Kleuskens-Essers, della diocesi di Rnremonda.
3 agosto » Al sig. Vittorino Argento (Roma).
5 » » Al sig. Giovanni Duarte Veioso, dell'archidiocesi di Braga.

II Cavalierato dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:

22 febbraio 1936. Al sig. Edoardo J. Quackenbush, della diocesi di La Serena.
2 aprile 1937. Al sig. Spiro. Gilibert, del Vicariato Apostolico dell'Egitto.
» » » Al sig. Alfredo Scurmanh, del medesimo Vicariato.
28 maggio Al sig. Rino Donati (Italia).
31 Al sig. Angelo Cecearelli (Città del Vaticano).
» » Al sig. avv. Carlo Lombardi (Roma).
5 giugno *i* Al sig. Giuseppe Vito, delle diocesi di Calvi e Teano.
21 » Al sig. avv. Luigi La Fortuna (Roma).
24 » » Al sig. Luigi Maganza, dell'archidiocesi di Milano.
» Al sig. Pietro Belloni, della diocesi di Lodi.
3 luglio » Al sig. Paolo Mazzalupi, della diocesi di Civita Castellana.
10 » Al. sig. Luigi Fantoni, della diocesi di Verona.
16 » » Al sig. geom. Igino Bargellini, dell'archidiocesi di Firenze.
18 » » Al sig. Nicola Bertini (Roma).
» Al sig. Vittorio Ficarolo (Roma).
» » Al sig. Amleto Fortuzzi (Roma).
14 agosto Al sig. avv. not. Salvatore Montemagno, della diocesi di Caltagirone.
» Al sig. ing. Sebastiano Foti, della medesima diocesi.
» » Al sig. rag. Silvio Milazzo, della medesima diocesi.
17 Al sig- Salvatore Di Giorgio (Roma).
» Al sig. Giuseppe Cassina, della diocesi di Como.
23 » » Al sig. Umberto Giachi (Roma).
26 » » Al sig. Luigi Pedrotti, della diocesi di Brescia.
» » » Al sig. rag. Giuseppe Bressanelli, della medesima diocesi.
27 Al sig. dott. Giulio Ippoliti, delle diocesi di Osimo e Cingoli.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Camerieri Segreti Soprannumerari di -S. S. :

12 agosto 1936. Monsig. Severi Pietro, della diocesi di Arezzo.
5 1937. Monsig. Marucco Giuseppe, dell'archidiocesi di Torino.
» » Monsig. Merlo Carlo, della medesima archidiocesi.
» » Monsig,. Gurakuqi Gaspare, della diocesi di Sappa (Albania) .
Monsig, Peltic Mattia, dell'archidiocesi di Belgrado.
12 Monsig Artner Edgaro, dell'archidiocesi di Strigonia.
Monsig Bugeja Parrugia Edoardo, della diocesi di Malta.
Monsig, Lesellier Giuseppe, della diocesi di Séez.
Monsig, «Blazsik Carlo, dell'archidiocesi di Strigonia.
» Monsig, Giler Carlo, della medesima archidiocesi.
26 Monsig. Martuseiello Raffaele, dell'archidiocesi di Napoli.
Monsig. Mastropaolo Giovanni, della medesima archidiocesi.
2 settembre » Monsig Marchesani Giuseppe, della diocesi di Rovigo.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

5 luglio 1937. Monsig. Musizza Carlo, della diocesi di Trieste e Capodistria.
15 » » Monsig. Gallori Tito, della diocesi di Volterra.

Cameriere d'onore soprannumerario di Spada e Cappa di S. S.:

Ï4 maggio 1936. Il sig. prof. Danusso Arturo, dell'archidiocesi di Milano.

Cappellano segreto d'onore di S. S.:

5 agosto 1937. Monsig. Rutar Antonio, dell'archidiocesi di Gorizia.

NECROLOGIO

19 agosto 1937. Monsig. Carmelo Pujia, Arcivescovo di Reggio Calabria.
21 » » Monsig. Angelo Raffaele Bernacchioni, Arcivescovo di Agra.
30 » » Emo Signor Card. GAETANO BISLETI, del Titolo di S. Agata dei Goti.
9 settembre » Monsig. Giovanni Battista Pelt, Vescovo di Metz.
13 » » Monsig. Giovanni Giuseppe Guillen y Salazar, Vescovo di Oajamarca.

An. et vol. **XXIX** **5** novembris **1937** (Ser. **II,** v. **IV) - Num. 13**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

EPISTULA APOSTOLICA

AD EMUM P. D. PETRUM S. R. E. PRESB. CARD. FUMASONI BIONDI SACRAE CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE PRAEFECTUM I DE CHRISTIANAE ARTIS QUAE IN MISSIONUM REGIONIBUS ET IN ORIENTALIS RITUS ECCLESIA COLITUR EXPOSITIONE, IN VATICANO A. D. MDCCCCXL HABENDA.

PIUS PP. XI

DILECTE FILI NOSTER

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Missionalium rerum *Expositionem,* quae iubilari vertente anno MDCCCCXXV in Vaticano celebrata est, felicissimos habuisse exitus omnes profecto memoria retinent. Ea siquidem, quemadmodum satius aptiusque eiusmodi divini verbi satorum mirabile opus omnibus patefecit, ita sacris ipsis expeditionibus novum lumen impertiit novumque vigorem; ex eademque auspicatissimum illud, quod in Lateranensibus aedibus asservatur, Missionale Ethnologicum Museum originem duxit. Nos itaque, cui tantopere cordi est non modo horum evangelicae doctrinae praeconum incepta, sed id genus etiam disciplinam, quam Missionologicam vocant, indefatigabili studio promoveri, consilium inivimus alterum edendi missionalium rerum spectaculum : in tabernaculis scilicet, quam iam catholicis prelo excusis scriptionibus exhibendis inservierunt, christianae artis *Expositio* anno MDCCCXL habenda excitabitur; illius dicimus christianae artis, quae et in sacrarum Missionum regionibus et in Orientalis ritus Ecclesia effingitur ac colitur. Liberales equidem

artes, quae omnium gentium ingenium exprimunt earumque praeferunt culturam, ad externum Dei cultum agendum digniores Ecclesiae conferunt opes, rationesque impertiunt luculentiores. Quamobrem eiusmodi christianae artis *Expositio* mirandum veluti speculum exsistet, ex quo renidens quodammodo reverberabitur varia hoc in genere populorum indoles; atque adeo cernere fas erit per amplissima exhibita documenta, quo itinere queat indigenarum ars praeceptis institutisque Missionalium aptari. Hoc praeterea in sua luce ponet veram Iesu Christi Ecclesiam, hac etiam in causa, catholico spiritu studioque pollere; quandoquidem eadem cum, ingenuas quarumvis gentium artes ac disciplinas, tum earum leges ac mores — modo ne sanctissimis Dei praescriptis répugnent — sarta tectaque servare studet. Ea enim, inde ab remotissima aetate sua, S. Pauli praecepta referens, nihil aliud nisi animas quaerit,[1] atque « omnia omnibus facta est ».[2] Parique modo id quoque omnium obversabitur oculis christianam nempe doctrinam, hoc etiam in campo inexhaustos prorsus edere fructus; omnesquesuspicere poterunt in Communis Patris domo, procul discidiis funestissimis, atque amico mirabilique foedere consociata, tot tantaque diversarum gentium artis documenta, quae pulchritudinis voce laudes aeterno Dei Numini concinant. Quodsi, hac data opportunitate, conventus celebrabuntur, atque de Missionologia, quam vocant, ea altiug repetantur'studia, de quibus iam Nos, anno MDCCCCXXV, cum Missionalium rerum *Expositio* concluderetur, verba fecimus, id pro certo Nobis haud mediocrem afferet laetitiam. Iamvero Nos, qui alacritati prudentiaeque tuae omnino confidimus, tibi, dilecte Fili Noster, *Expositionis* huius ordinandae instruendaeque munus concredimus: quam ad rem assequendam cum Apostolicis Delegatis Apostolicisque Vicariis communicabis; tuumque erit rationibus omnibus consulere, quae ad tutum felicemque exitum conducant. Quod autem ad Orientalis Ecclesiae artem pertinet, tibi curae erit cum Dilecto Filio Nostro Eugenio S. R. E. Card. Tisserant consilia conferre, qui Sacrae est Congregationis a secretis, eidem Ecclesiae praepositae. Ac tibi itidem^ curae erit peritorum hominum Consilium opportuno tempore constituere, quorum si exhibendas res admittere apposito que ordine distribuere. Oeconomicam vero incepti huius administrationem eidem Coetui demandatam volumus, qui laudabili sane nisu catholicarum ephemeridum *Expositionem* comparavit; iis tamen opportunis immutationibus inductis, quas necessitas rerumque adiuncta

1 Cf. *II Cor.,* XII, 14-15.
2 Cf. / *Cor.,* IX, 22.

postulare videantur. Atque interea caelestium munerum auspicem Nostraeque voluntatis testem, cum tibi, dilecte Fili Noster, tum iis singulis universis, qui suam tibi navabunt operam, Apostolicam Benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi prope Romam, die xiv mensis septembris, in festo Exaltationis S. Crucis D. N. I. Ch., anno MDCCCCXXXVII, Pontificatus Nostri decimo sexto.

PIUS PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE BEZWADA

MISSIO SUI IURIS DE BEZWADA IN INDIA IN DIOECESIM ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Missio sui iuris de Bezwada in Indiis Orientalibus, per Apostolicas Litteras sub anulo Piscatoris die decima mensis ianuarii anno millesimo nongentesimo trigesimo tertio, seiuncto territorio ex Hyderabadensi dioecesi, a Nobis erecta, et Pontificii Instituti a Ss. Apostolis Petro et Paulo et a Ss. Ambrosio et Carolo pro Missionibus ad exteras gentes sodalium curis concredita, tales, postremis hisce annis, ut Nobis relatum est, et christifidelium numero et religionis civilisque cultus operum frequentia, favente Deo, profectus adepta est, ut Nos, venerabilium Fratrum Ludovici Mathias, Archiepiscopi Madraspolitani, et Leonis Petri Kierkels, Archiepiscopi tit. Salaminensis et in Indiis Orientalibus Delegati Apostolici, vota lubentissime excipientes, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto, omnibus mature perpensis, Missionem illam in Dioecesim erigere statuimus, spem foventes certam id non parum profuturum esse enascentis ecclesiae illius regimini et incremento. Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Missionem *sui iuris* de Bezwada in Dioecesim evehimus et erigimus, quam *Betsuaolemem* nuncupari volumus, eiusque sedem in

urbe *Bezwada* constituimus et episcopalem cathedram in Ecclesia Sancti Petri ibidem exstante figimus, quam proinde ad ecclesiae cathedralis gradum et dignitatem extollimus cum omnibus iuribus et privilegiis, honoribus et praerogativis, quibus ceterae cathedrales ecclesiae iure communi fruuntur et cum omnibus pariter adnexis oneribus et obligationibus. Haec nova Dioecesis eosdem habebit fines, quos hucusque Missio de Bezwada habuit, eamque suffraganeam constituimus Metropolitanae Ecclesiae Madraspolitanae, atque eius pro tempore Episcopos metropolitico Madraspolitani Archiepiscopi iuri subiicimus. Hisce autem pro tempore Antistitibus iura omnia, honores, insignia, favores, gratias, potestates et privilegia tribuimus, quibus ceteri per orbem Episcopi fruuntur, eosque omnibus item oneribus et obligationibus adstringimus, quibus ceteri adstringuntur. Cum autem Missio de Bezwada, hucusque praefati Pontificii Instituti Missionariorum curis commissa fuerit, dioecesis quoque Betsuadensis etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis beneplacitum, eidem Instituto manebit concredita. Cum vero praesentis temporis adiuncta haud permittant, quominus in nova ista quoque dioecesi Canonicorum Capitulum Cathedrale erigatur, indulgemus ut, ad iuris tramitem, pro canonicis consultores dioecesani interim constituantur. Quod autem attinet ad novae huius dioeceseos Betsuadensis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones praescribunt. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu, notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Statuimus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notari publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit regulis

in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die tertiadecima mensis aprilis, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi-Oagliesi, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

***Reg. in Cane. Ap., Vol- LVI, n.. 83* - Al. Trussardi.**

II

DE TAIKOU

VICARIATUS APOSTOLICUS DE TAIKOU DISMEMBRATIO ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA ((KWOSHUENSIS » SEIT « KOAN-JUENSIS ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quidquid Christi Evangelio inter infideles gentes magis faciliusque propagando redundare censeatur, id pro supremo quo fungimur apostolatus officio praestare satagimus. Lubenti igitur animo precibus annuere statuimus, quibus venerabilis Frater Florianus Démange, Vicarius Apostolicus de Taikou enixe a Nobis expostulavit ut e sui Vicariatus territorio provincia civilis de *Zenra-Nando* distraheretur et Societatis S. Columbani pro Missionibus apud Sinenses committeretur curis. Quapropter Nos, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, attenta venerabilis Fratris Pauli Marella, Archiepiscopi Titula-

ris Docleensis et in Iaponia Delegati Apostolici commendatione, et habito consensu Superiorum tum Societatis Parisiensis pro Missionibus ad Exteras Gentes, cui Vicariatus Apostolicus de Taikou est concreditus, tum praefatae S. Columbani Societatis, omnibus mature perpensis, certa scientia, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, suprema Nostra auctoritate, a Vicariatus Apostolici de Taikou territorio provinciam civilem *de Zenra-Nando,* seu, alio nomine, *de Chorila meridionali,* seiungimus eamque in novam erigimus Praefecturam Apostolicam, ex eiusdem provinciae urbe principe *Kwoshu,* quae cor eanice *Koan-ju* audit, *Kwoshuensem* seu *Koan-juensem* noncupandam. Novam autem Praefecturam istam, limitibus ita circumscriptam, praefatae Societati S. Columbani pro Missionibus apud Sinenses, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis beneplacitum, concreditam volumus ac praesentium tenore concredimus. Huic igitur Praefecturae Apostolicae Kwoshuensi seu Koanjuensi eiusque pro tempore Praefectis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceterae per orbem Praefecturae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent; eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et

Ci.

iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti, decreti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die tertia decima mensis aprilis, Pontificatus Nostri anno sexto decimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cano. Ap., Vol. LVI, n. 85 **- Al. Trussardi.**

III

DE YENKI

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE YENKI, IN MANCIÙRIANO IMPERIO, IN VICARIATUM APOSTOLICUM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad regni Dei in Manciuriano imperio propagationem Nobis et Apostolicae Sedi peropportunum visum est Praefecturam, Apostolicam de *Yenki*, quae, Apostolicis Litteris, die decima nona mensis iulii, anno millesimo nongentesimo vicesimo octavo datis, a Nobis erecta et missionalibus Congregationis Ottiliensis Ordinis Sancti Benedicti curis concredita, non parum ob fidelium èt religionis operum frequentiam postremis hisce annis incrementum ceperit, ad ampliorem dignitatis gradum provehere. Quare Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, meritae laudis testimonium quoque evangelii praeconibus inibi enixe adlaborantibus dare cupientes, omnibus mature perpensis, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum, qui sua interesse praesumant consensu, suprema Nostra auctoritate, Apostolicam Praefecturam de Yenki, eodem nomine iisdemque finibus servatis, ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem extollimus, erigimus et constituimus; eumque, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, Congregationis quam antea diximus Ottiliensis Ordinis Sancti Benedicti curis etiam in posterum servari volumus. Huic igitur novo Vicariatui Apostolico de Yenki eiusque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per •orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata .ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptus, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet

exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam eveetionis,. erectionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die tertiadecima mensis aprilis, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr.'TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus-*
Ludovicus Eaas, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Ǫf Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVII, n. 7 **- Al. Trussardi.**

IV -

URBIS

DE PONTIFICIO COLLEGIO ROMENORTJM IN URBE

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Romani Pontifices, qui omnes Orientis populos peculiari semper amore sunt prosecuti, atque adeo neque curis neque laboribus pepercerunt ut eorum proveherent utilitates, nobilissimam Romenorum nationem nominatim dilexerunt, quippe quae, cum e Romana gente originem duxerit, quasi almae huius Urbis filia iure meritoque habeatur. Illa namque, quamvis fuerit postremo decursu temporis Romano Imperio coagmentata, eius tamen sermonis civilisque cultus praeclarissima signa rettulit, ac sarta tecta per tot rerum vices acerrime servavit. Traianus Imperator, ut omnes norunt, cum Dacos in dicionem suam redegisset, colonias in sinistras Histri fluminis regiones immisit, quae, locorum incolis admixtae, in novum coaluerunt populum, cuius erat Romanorum

linguam, mores, instituta in longinquas terras illas propagare. Posteriore autem tempore, cum barbari unde unde invasissent, buie genti opem ferre perimpeditum fuit; attamen haec natio, cum tanta in eam in~ fluxisset veteris Latii vis atque virtus, non submersa decidit, sed pedetemptim ad oras usque se expandit, quas Pontus Euxinus alluit. Quin immo, ut arbor valida, quae suos in omnes partes promittit ramos, ad* septentriones Danastrum, ad meridiem vero Macedoniam atque Graeciam attigit.

Neque huic Eomani populi suboli christianae fidei lux defuit; siquidem antiquissima aetate, cum Durostori, tum Axiopoli ac Tomis, martyres habentur, qui sanguinem pro Christi nomine profuderunt. Ac quamvis praeter martyrium ab iisdem factum, nihil aliud de eorum vita dignoscamus, id tamen, cum sine dubio constet, satis profecto loquitur. Novimus praeterea has regiones, apostolici muneris causa, Sanctum Nicetam, Episcopum Bemesianensem, peragrasse; qui quidem,, sub quarti saeculi exitum ac quinto ineunte, trans Histrum christiana praecepta invexit; et Sancto Paulino Nolano familiariter usus, *composuit simplici et nitido sermone competentibus ad baptismum instructionis libellos sex* (Gennadius, *De viris illustribus,* c. XXII), aliaque haud mediocris ponderis scripta.

Quemadmodum Romenorum stirps, ita etiam ecclesiasticae eorum vitae primordia e latino fonte derivata sunt; idque vel ex eo patet, quod praecipua ea verba, quae christianae doctrinae sententias exprimunt, latinitatem redolent.

Per plurium saeculorum decursum, quamquam proprius huic genti episcopus non erat, nihilo secius eidem cum Apostolica Sede communionis^ vincula intercesserunt. Attamen, cum sacrorum Antistites e Bulgarorum Imperio mitterentur, et Byzantini ritus sensim inducti sunt, et Romaniae natio, ab ecclesiastica unitate avulsa, e Catholicae Ecclesiae sinu miserrime descivit.

Quo facto discidi o, Romani Pontifices nihil antiquius habuere, quam ut Romaniae Principes ad unum Iesu Christi ovile reducerent; idque tum praesertim, cum Clara, nobilis femina, eademque obitu Nicolai Alexandri Valachiae Principis viduata, filiam suam, Bulgariae Imperatoris uxorem, ad catholicam fidem revocavit. Hanc scilicet opportunitatem nactus, Decessor Noster fel. rec. Urbanus Quintus Vladnm, throni Nicolai Alexandri heredem, vehementer adhortatus est, ut praeclarae illius feminae vestigia libens per sequeretur. Idemque Decessor Noster, ut spiritualibus Cumanorum necessitatibus consuleret, qui, superiore saeculo, tertiodecimo nempe, latinorum Missionalium opera, ea-

tholicam fidem amplexi essent, Episcopalem sedem Milcoviensem in- •stauravit, Tartarorum irruptionibus eversam; quae Sedes in Argensi urbe, Valachiae capite, postea constituta est. Ac praeterea, cum Latscus, Moldaviae Princeps, qui iam dudum ad catholicam religionem propen- •sus, eamdem, ut Gregorius Undecimus asseverat, professus est, Episcopalem Sedem in dicione sua institui postulasset, Urbanus Quintus postulationi huic concedendum esse libenti animo reputavit. Ut vero Catholicae Ecclesiae praecepta magis cotidie magisque propagarentur, Ladislaus, Poloniae Rex, Ioannem Vicesimum secundum enixe rogavit, ut Baiae, urbs tunc temporis Moldaviae princeps, latina Episcopali sedé donarentur; quod reapse Martinus Quintus, tum dilargiendum duxit, eum Alexander, quem Bonum vocant, Moldaviae Princeps, hac in eadem urbe amplissimam sacram aedem in eorum commodum excitavit, qui, •catholicam latini ritus religionem profitentes, illuc transmigraverant.

Quae cum ita se haberent, spes adfuit bona, fore ut Romaniae populus, qui, ut diximus, a catholica communione desciverat, ad eam iterum se tandem aliquando reciperet. Cuius rei inde opportunitatem afferri yisum est, cum nimirum Constantinopolitani Patriarchae legati ad Constantiense Concilium missi sunt, una cum Byzantii Imperatoris legatis, ac plurium urbium cum Graeciae, tum Russiae, tum denique earum regionum, quae in Turcarum dicionem subactae erant. Siquidem octo Valachiae urbes, Moldaviae decem, Alexandro, quem supra memoravimus, Moldaviae Principe probante, suos item legaverunt cives, qui suas ipsarum partes suasque rationes inibi procurarent. Verumtamen nimium parum hac in Synodo de orientalium gentium reditu ad catholicam unitatem actum est. Mhilo secius Gregorius, Moldaviae Metropolita, antequam Oecumenicum Plorentiae Concilium iniretur, ad Decessorem Nostrum fel. rec. Eugenium Quartum se contulit, et, quemadmodum ipsemet Pontifex testatur, in unum Belati Petri ovile se restituit.

Quam quidem Florentinam Synodum et Damianus, Moldaviae Metropolita, et Constantinus Protopapas, et alii quoque participarunt, quos Elias ac Stephanus, memorati Alexandri Principis filii, miserant; qui etiam Neagoëm, Logothetam suum, legaverunt. Atque heic animadvertere operae pretium est, Damianum Metropolitam et Constantinum Protopapam,una cum Graecis Antistitibus, acta illa, suo subscripto nomine, rata habuisse, quibus Orientalis Ecclesia cum Apostolica Sede rite coniungeretur; quod quidem ex genuinis constat exemplaribus, in Vaticano Tabulario asservatis. Valachia vero, quamvis eo tempore Turcarum exercitus, cum Hungaria bellum commissuri, impressiones in suos

fines agerent, duos tamen ad eamdem Oecumenicam Synodum legatos misit.

Cum autem irrumpentium Turcarum discrimen in occidentis regiones formidolosius cotidie ingrueret, Romani Pontifices eorum populorum Principes impensissime adhortata sunt, ut, collatis viribus concordibusque animis, teterrimo eiusmodi periculo obsisterent. In quibus ille eminet Moldaviae Princeps Stephanus, qui ob partas victorias *Magnus* ac *Victor* cognominatus est, quemque Decessor Noster Xystus Quartus in Apostolicis sub plumbo Litteris *Redemptor Noster,* id. ian. " anno millesimo quadrigentesimo septuagesimo sexto datis, *verum christianum fidei athletam* appellat; cuique idem Pontifex, ut animum adderet, «eodem anno *plenariam anni Iubilaei indulgentiam et peccatorum remissionem* benigne concessit, ab universis suae dicionis civibus lucrandam.

At, proh dolor, quae in Florentina Synodo Ecclesiae unitas feliciter restituta fuerat, paucis post annis Costantinopoli reiecta est, in omnibusque Orientis partibus impugnata. Itaque, post Damiani obitum, cum f actio catholicae unitati infensa prae valeret, atque ex more novum MoL daviae Metropolitam petiisset, eum unitati repugnantem obtinuit; dum in extremis iam rebus Oonstantinopoli Isidorus Kievensis catholicae unitatis decreta incassum prpnuntiabat. Ecquid igitur Romanis Pontificibus supererai, nisi germanam eorum fidem sartam tectamque servare, qui in variis Romaniae partibus disseminati commorarentur? Ac, procul dubio, iidem officio huic suo non defuere, iuvantibus saepe numero Moldaviae ac Valachiae Principibus, qui non semel, politicis contentionibus iactati, ut Principatu facilius potirentur, eorum opem affectabant. Itaque factum est, ut, antiquis Episcopatibus Serethensi et Baiensi abolitis, Argensis Sedes, ad titulum saltem quod attinet, a Gregorio Quartodecimo instauraretur; cuius Episcopus in Baccoviensi urbe resedit. Attamen, cum post breve temporis spatium Baccoviensis Sedes titulo solummodo exsisteret, Decessor Noster fel. rec. Leo Tertiusdecimus in •eadem regione Iassiensem Sedem constituit. Catholicorum vero e Valachia administratio primum ab Sophiensibus Episcopis acta est, dein ab Nicopolitanis Episcopis; qui quidem, saeculo exeunte decimo octavo, cum pestis per Bulgariam grassaretur, suum apud Bucarestum domicilium delegerunt. Quae cum heic breviter attingamus, hanc nolumus opportunitatem praetermittere, quin debitis honestemus laudibus cum Franciscales ac Dominicianos sodales, tum eos etiam quos Conventuales vocant; qui omnes decursu aetatis, laboribus non pepercerunt, ut catholicorum latini ritus, in Romaniae terris commorantium, aeternam salutem accurarent.

Ut autem ad orientalis ritus Romenos redeamus, ii, qui Transilvaniam incolebant, cum ab eis in servitutem redacti essent, qui in provinciam illam dominabantuf, non civili tantummodo, sed religiosa etiam libertate privati sunt; quandoquidem calviniana haeresis, summo cum animarum periculo, in illas quoque regiones pervulgabatur. Verumtamen, Transilvania sub Austriae Imperium subiuncta, res inibi meliore loco fuere; tum praesertim, cum Societatis Iesu sodales, quibus spiritualis militum praesidiorum cura erat, non modo cum Theophilo Albae luliensi Metropolita amicitiae vinculis coniuncti sunt, sed eidem etiam suaserunt, ut in Apostolicae Sedis communionem se reciperet.

Hac super universa causa, coacta Synodo, actum est; ac Leopoldus, Austriae Imperator, Romaniae sacerdotibus, qui catholicam fidem amplexi essent, latini cleri immunitatem ac privilegia benigne dilargitur est. Post vero repentinum nec opinatum Theophili obitum, in eius locum Athanasius suffectus est; qui mense septembri, anno millesimo septingentésimo, haereticorum machinationibus non obstantibus, una cum quinquaginta quattuor protopapis, catholicae unitatis decreta, subscripto nomine, agnovit atque probavit. Magna quidem contentione, ut omnes norunt, de causis disceptatum est, quibus eiusmodi unitas instaurata fuerit; cum nonnulli rerum gestarum scriptores, neque minoris ponderis, asseveraverint non modo eam ex temporariis politicisque rationibus ortam esse, sed per vim etiam extortam; nonnulli vero summa beneficia, edisserendo, in sua luce posuerint, quae inde Romenorum genti obvenerint. At procul dubio id consecutum est, ut nimirum clerus, pro locorum publicisque iuris eo tempore vigentis condicionibus, in suam libertatem vindicuretur, utque iuvenes non pauci vel Vindobonam, vel Tyrnaviam, vel Romani denique studiorum causa mitterentur. Quam ad rem meminisse iuvat, cum, decimo sexto exeunte saeculo, Decessor Noster Gregorius Tertiusdecimus hac in alma Urbe Graecum S. Athanasii Collegium condidisset, in primis eius alumnis duos fuisse e Romenorum natione annumeratos. Atque exploratum est horum omnium iuvenum opera litterarum studia in Transilvania effloruisse primum;; quod profecto ad universi populi utilitates non parum contulit.

Aetatis autem decursu, Romenorum catholicam religionem profitentium ita numerus increbruit, ut Varadini Maioris Apostolicus Vicariatus rite institueretur; quem quidem Pius Sextus Apostolicis sub* plumbo Litteris *Indefessum personarum,* anno millesimo septingentésimo septuagesimo septimo, decimoquinto kal. iul. datis, in Eparchiam proprii iuris commutavit. Decessor vero Noster Pius PP. Nonus, postquam novas Eparchias duas, alteram in Lugosiensi, in Gherlensi urbe

•alteram condiderat, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo tertio Apostolicis sub plumbo Litteris *Ecclesiam Christi,* sexto kal. decembr, datis ecclesiasticam provinciam excitavit, quae Fogarasiensis et Albae Iuliensis nuncupata est; itemque, quinque post annis, impendio suo tantam constituit pecuniae vim, quanta necessaria esset quattuor iuvenibus, hac ex provincia ortis, in Collegio Graeco instituendis, quod tunc temporis Graecorum ac Ruthenorum vocabatur.

Ac denique, rebus rationibusque inter Apostolicam Sedem ac Romaniae Regnum per publicum conventum feliciter compositis, anno millesimo nongentesimo trigesimo, die quinta mensis iunii, per Apostolicas sub plumbo Litteras *Sollemni conventione* nova facta est dioecesium circumscriptio ac hierarchica ordinatio.

Iamvero, quamvis in Dioecesibus et Eparchiis seminaria condita sint, nihilominus, cum animo reputaverimus spirituales illius populi, Nobis sane carissimi, necessitates in dies magis magisque increscere, ac iuvenem clerum cum in Urbaniano Propagandae Fidei Collegio, tum in Romano Athenaeo, tum denique in Graeco, quem memoravimus, Collegio frequentiorem cotidie fieri, opportunum Nobis visum est, cui apta sacrorum alumnorum institutio et ad suorum rituum normas conformatio tantopere cordi est, illustrem etiam Romenorum gentem, quaemadmodum ceteras nationes fere omnes, proprium hac in Alma Urbe id genus habere institutum.

Quapropter nihil reliqui fecimus, quod necessitati huic occurreret; quandoquidem in Ianiculo monte, magnis impensis curis ac sumptibus, novum in hanc rem excitavimus aedificium omnique ope instruximus. In praesens vero, ut paternum animum Nostrum dilectissimae Romenorum genti vel luculentius pandamus, ad iuridicam huius Collegii erectionem devenire statuimus. Itaque, ad maiorem Dei gloriam et ad catholicae rei incrementum, Seminarium seu Collegium Romenorum in Urbe apostolica auctoritate Nostra constituimus, eidemque Pontificii Collegii nomen et iura attribuimus. Quod quidem B. Virgo Maria, ab Angelo magna Dei Parens salutata, praesentissimo patrocinio suo tueatur; eiusque festum, veluti peculiare ac proprium, quotannis inibi incensa pietate celebretur.

Volumus praeterea ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in •ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exibitae vel ostensae forent.

Quae denique hisce Litteris statuimus, decrevimus, ediximus, ea rata

omnia firmaque permanere auctoritate Nostra volumus, iubemus : quibuslibet etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die sexta mensis maii, in Ascensione Domini, Pontificatus Nostri anno decimo sexto.

. Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

EUGENIUS Card. TISSERANT
A Secretis S. C. pro Eccl. Orient.

•Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Protonot. Apostolicorum.*
Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco £B **Plumbi**

Reg. in Canc. Ap., vol. LVI, n. 66. - A. **Trussardi.**

V

DE KWEITEH ET DE KAIFENG

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE KWEITEH, MUTATIS ALIQUANTULUM EIUS FINIBUS, IN VICARIATUM APOSTOLICUM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nostrae mentis oculos, pro supremo quo fungimur apostolatus officio, in illas praesertim orbis catholici regiones convertimus, Missionariorum curis adhuc concreditas, ut iis omnia sollicite praestemus, quae ad Evangelii praeconum ibi adlaborantium operam faciliorem utilioremque reddendam opportuna videantur. Ad quod non parum sane proficit ad potiorem dignitatis gradum Missiones illas evehere, in quibus notabile christiana religio incrementum susceperit atque earum fines quandoque immutare, si rerum locorumque adiuncta id exigant.

Quum itaque in Praefectura Apostolica de Kweiteh in Sinis, Nostris sub anulo Piscatoris Litteris *Quae catholico nomini,* die undevicesima mensis iunii, anno Domini millesimo nongentesimo vicesimo octavo datis, a Nobis erecta et missionalibus Ordinis Recollectorum S. Augustini sodalium curis concredita, catholicum nomen, eorumdem Missionariorum opera indefessa et sollerti studio, postremis hisce annis magnum susceperit profectum, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum con-

silio, Praefecturam illam in Vicariatum Apostolicum, mutatis aliquantulum eius finibus, evehere statuimus.

Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia deque apostolicae potestatis plenitudine Praefecturam de Kweiteh, eodem servato nomine,, ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem extollimus.

E territorio insuper novi huius Vicariatus civilem subpraefecturam de *Kaocheng* seiungimus eamque finitimo Vicariatus Apostolici de Kaifeng territorio adnectimus; ab hoc vero civilem subpraefecturam de *Checheng* separamus et novo Vicariatui de Kweiteh unimus, ita ut novus hic Vicariatus civiles subpraefecturas de *Kweiteh, Ningling, Yucheng, Siayi, Yungcheng* et *Checheng* complectatur et iisdem finibus quibus subpraefecturae istae limitetur. Volumus autem ut Vicariatus^ ipse, sicut antea, ad Nostrum tamen et S. Sedis beneplacitum, praefati Ordinis S. Augustini Missionariorum curis concreditus maneat.

Huic igitur novo Vicariatui de Kweiteh eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates,, quibus ceteri per orbem Vicariatus eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, permutationis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausn temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo* trigesimo septimo, die duodevicesima mensis maii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost*.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco S **Plumbi**

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVII, n. 15 **- Al. Trussardi.**

LITTERAE APOSTOLICAE

TEMPLUM SSMI D. N. IESU CHRISTI CRUCIFIXI, VULGO DE « BUGA » DIOECESIS CALIENSIS, BASILICAE MINORIS HONORIBUS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter praecipua Sanctuaria, quibus Columbiana Respublica nobilitatur, iure meritoque accensendum est templum Sanctissimi Domini Nostri Iesu Christi Crucifixi, vulgo de «Buga», quod intra fines Caliensis dioecesis iam magnifice extructum est largitionibus christifidelium, ex omnibus Columbiae regionibus ad hanc Sacram Aedem confluentium. Eodem enim in templo et civitate Bugensi a duobus plus saeculis servatur ac pie ferventerque colitur Sacra Domini Nostri Iesu Christi Crucifixi Imago, miraculis Ínclita, quam ad exorandam et venerandam singulis annis turmatim plus bis centum millibus fidelium peregrinorum more, uberrimo cum spirituali fructu conveniunt. Haec animo repetentes, cum Venerabilis Frater Caliensium Episcopus non modo plebis fidelis e sua dioecesi sed aliorum quoque Episcoporum ex universa Columbiana Republica fervida vota depromens, Nos enixis precibus rogaverit ut, ad gloriam amantissimi Redemptoris Nostri augendam simulque ad christianorum pietatem fovendam, enuntiatum templum Bugense nobiliori titulo privilegiisque Basilicae Minoris pro Nostra benignitate exornare dignemur, Nos precibus huiusmodi, conlatis quoque consiliis cum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, ultro libenterque annuendum censemus. Itaque certa scientia ac matura deliberatione, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore bugense templum Sanctissimi Domini Nostri Iesu Christi Crucifixi, dioecesis Caliensis intra limites positum, titulo ac dignitate *Basilicae Mino7~is* condecoramus, illique privilegia tribuimus, quae de iure competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec statuimus, largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit.

Datum, ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die xn m. iulii, an. MCMXXXVII, Pontificatus Nostri decimo sexto.

E. Card. PACELLI, *a Secretis Status.*

EPISTULAE

I

AD EXCMUM P. D. IOANNEM PANICO, ARCHIEPISCOPUM TIT. IUSTINIANENSEM AC DELEGATUM APOSTOLICUM AUSTRALASIAE, QUEM LEGATUM PRAEPONIT CONCILIO QUARTO PLENARIO ORDINARIORUM TUM AUSTRALIAE TUM NOVAE ZELANDIAE, IN SYDNEYENSEM URBEM COGENDO.

PIUS PP. XI

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Laeto gratoque animo nuntium accepimus, egregios sacrorum Australiae Antistites decrevisse, ut Quartum istic Concilium Plenarium in Sydneyensi urbe ineundum, proximo Septembri mense, concelebretur. Susceptum enim consilium valde opportunum censemus, quum ad arctiorem efficiendam Praesulum ipsorum in sacris Missionibus moderandis coniunctionem, tum ad religiosam perfectamque fovendam clericorum institutionem, tum etiam ad Actionem Catholicam magis in dies amplificandae., ad eaque omnia decernenda, quae potissimum catholicae fidei in istis regionibus praesentationi ac propagationi favere et prodesse queant. Dum igitur de huiusmodi proposito atque incepto sollertibus Praesulibus paterne gratulamur, proximam eorum congressionem commendatione debita ac Nostra ipsa participatione libenter prosequimur. Quapropter te, Venerabilis Frater, qui pro conlato munere in perampla Australasiae regione iam Nostram geris personam, quique animi Nostri vota atque optata plane cognita habes, Legatum Nostrum eligimus ac renuntiamus, ut Quartum Concilium Plenarium Australianense Nostro nomine Nostraque auctoritate convoces, eiusque sollemnibus coetibus praesideat. Tibi itaque facultatem damus ad Concilium invitandi non modo omnes Australiae Praesules cum iis qui adesse solent quosque adesse oportet, verum etiam Novae Zelandiae Ordinarios, ut ipsi Plenario eidem Concilio hac vice interveniant, iureque suffragii consultivi ac deliberativi, aeque cum Australiae Antistibus, polleant. Deum interea enixe rogantes, ut supernis donis luminibusque studia atque incepta vestra salutaria ad felicem exitum perducat, in harum auspicium gratiarum, inque praecipuae caritatis Nostrae testimonium, tibi, Venerabilis Frater, sacris Australasiae Praesulibus iisque universis, qui Concilio Plenario intererunt, Benedictionem Apostolicam amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxv mensis aprilis, in festo Sancti Marci Evangelistae, anno MDCCCCXXXVH, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XI

II

AD EMUM P. D. IACOBUM ALOISIUM TIT. S, HIERONYMI ILLYRICORUM S. R. E. PRESB. CARDINALEM COPELLO, ARCHIEPISCOPUM BONAËRENSEM, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONVENTUM EUCHARISTICUM NATIONALEM PARAGUARIENSEM IN URBE ASSUMPTIONE CELEBRANDUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Perquam gratum nuntium iam pridem accepimus, egregios de Paraguay sacrorum Antistites, cuncto ipsorum clero populoque plaudente, concorditer decrevisse, ut proximo Augusto mense sollemnis Eucharisticus ex tota natione Congressus in civitate Reipublicae principe convocetur. Cuius quidem faustae celebrationis praeclara exhibent indicia tum industria, qua peculiare Consilium omnia in triumphum Eucharisticum apparare incumbit, tum pietatis studium, quo christiana plebs monitis inceptisque moderatorum obsequitur atque obsecundat. Rationes autem praecipuae, quae vigilantibus Pastoribus huiusmodi Congressionem ineundam persuaserunt, singulari sane commendatione laudeque Nostra paterna condigna omnino videntur. In primis enim amor ipse erga sanctissimam Eucharistiam, quo flagrant fideles Paraguarienses, in celeberrimo illo Conventu Bonaerensi, triennio ante felicissime peracto, quum in eorum patria eo tempore triste bellum saeviret, satiari omnino non potuit; atque ideo congruum plane visum est, ut, pace tandem restituta, ipsa pietas nationis civiumque coniunctio publica testimonia in augusti Sacramenti honorem libere nunc possit proferre ac diuturnum desiderium explere. Huc accedit, quod inter gloriosos martyres e Societate Iesu Paraguarienses recens in Beatorum numerum relatos, ille exstat Rochus Gonzales de Sancta Cruce, ex urbe ipsa Sanctissimae Assumptionis ortus, qui perinsignis fuit eucharistici cultus fautor et praeco studiosissimus. Peropportuna igitur praebetur occasio, ut honores Beato Rocho tribuantur acuendo fovendoque quam maxime populi fidem atque observantiam erga Regem Regum ac Dominum Dominantium, qui in ipso altaris solio, sub velis eucharisticis abditus, imperium suum latissime exercet. Tempus autem ad cogendum eiusmodi Conventum praestitutum, mensis scilicet Augustus Deiparae in caelum assumptae dedicatus, quam maxime idoneum exhibetur. Vertitur enim hic annus quadringentesimus a condita ipsa urbe Sanctissimae Assumptionis, Reipublicae de Paraguay capite et sede eidem Congressioni destinata. Quid enim magis huic tem-

pori consentaneum, quam in memoriam fidelium revocare, praenobilem istam civitatem christianae religionis praesidio ortam esse civilisque eius vitae primordia sub tutela Deiparae collocata? Quid populo utilius, quam Matrem cum Filio honoribus laudibusque consociare, quandoquidem Iesus « omnia nos habere voluit per Mariam »? His itaque causis consilia et studia Episcopatus de Paraguay peculiari animi laetitia prosecuti sumus; immo celebrationem proximam participare Ipsimet cupientes, per Legatum Nostrum eidem adesse ac praeesse constituimus. Quamobrem te, Dilecte Fili Noster, qui praeclarissimae Ecclesiae Bonaerensi pastorali munere praepositus vicinitate ac necessitudine cum Ecclesia Paraguariensi arcte devinciris, quemque ob eximia promerita ad amplissimum Senatum Nostrum cooptare voluimus, per has Litteras, ut iam ante nuntiavimus, Legatum Nostrum deligimus ac renuntiamus, ut Congressui Eucharistico Nationali, qui in Assumptione de Paraguay proximo Augusto mense peragetur, nomine Nostro Nostraque auctoritate praesideas, eiusque sollemnibus coetibus sacrisque caeremoniis modereris. Certam autem spem concipimus ac fovemus, te, pro tua Pastoris sollicitudine atque erga Sanctissimam Eucharistiam pietate, nobilissimum eiusmodi munus sedulo ac fructuose exsecuturam. Fausta ipsa celebritatis adiuncta, quae supra memoravimus, animos profecto addent fidelibus, ut maiore in dies alacritate gloriosam patrum religionem tueri ac profiteri velint, id potissimum rati, probatissimos Ecclesiae filios exstare optimos cives, validissima Reipublicae auxilia ac laeta incrementa afferentes. Omnia denique secunda et prospera a Deo per Mariam tibi apprecantes, in gratiarum caelestium auspicium atque praecipuae caritatis Nostrae pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, sollerti Episcopo Ss. Assumptionis ceterisque de Paraguay Praesulibus, cunctisque iis, qui Congressioni aderunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam,, die xxvn mensis maii, in festo Ss. Corporis Christi, anno MDCCCCXXXVII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XI

III

AD EMUM EUGENIUM TIT. SS. IOANNIS ET PAULI S. R. E. PRESB. CARDINALEM PACELLI, A SECRETIS STATUS. QUEM LEGATUM MITTIT AD NOVUM TEMPLUM DICANDUM, IN HONOREM SANCTAE THERESIAE A IESU INFANTE LEXOVII ERECTUM.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Non sine peculiari divinae Benignitatis consilio proxime continget, ut, trepidis hisce anxiisque temporibus, populisque haud paucis aestu cupiditatum inter se conflictantibus, nova atque augusta in honorem Sanctae Theresiae a Iesu Infante Basilica in celeberrima Lexoviensi urbe sollemni benedictione inauguretur. Huic enim templo aedificanda non modo Galliarum filii, qui, ut par erat, ceteris Christifidelibus praestiterunt, verum ex universo quoque Orbe Sanctae illius cultores concordia studia et auxilia large libenterque contulerunt. Siquidem a primis puerorum peculiis, alacri animo oblatis, usque ad postremos parsimoniae fructus, a prudenti senectute ultro exhibitos, innumera profecto sunt pietatis amorisque documenta atque aliarum virtutum specimina, quae singuli sacri lapides eorumque magnifica ornamenta luce palamque loquuntur. Eiusmodi igitur templum, quod iam a suis exordiis tot supernaturalis vitae motus ascensionesque excitavit, non est dubium, quin etiam in posterum, prodigiales Sanctae Theresiae exuvias pie honorateque asservando, oculos animosque fidelium, ubique commorantium, ad se indesinenter convertat, atque ideo ipsa humani generis concordia coniunctioque efficaciter foveatur. Haec iam nunc felicissimis auspiciis portendentes, Nos, qui observantiae et fiduciae Nostrae erga Sanctam Lexoviensem virginem, singulare ingenuae ditissimaeque simplicitatis exemplum, tot tamque clara testimonia praebuimus, quique eiusdem patrocinium, praesertim quum diuturno morbo Nos invisere Deo placuit, luculenter vivideque experti sumus, proxima sacra sollemnia, quibus Basilicae novae Lexovii benedicetur, laetis intimisque animi sensibus prosequemur, iisque Nostra quadam praesentia praeesse exoptamus. Quapropter te, Dilecte Fili Noster, qui perspectas Nobiscum habes apostolici ministerii curas, eademque iugi opera insomnique labore participas atque allevas, quique haud ita pridem in Gallia ipsa Lapurdensem legationem tam praeclare utiliterque gessisti, Legatum Nostrum a latere, ut iam antea nuntiavimus, per has Litteras eligimus et constituimus, ut, Nostram gerens personam, sacris

ritibus ac caerimoniis, quibus novae Basilicae Lexoviensi in honorem Sanctae Theresiae a Iesu Infante benedicetur, nomine Nostro Nostraque auctoritate opereris. Tibi autem ultro facultatem damus, ut constituta die post Sacrum pontificali ritu peractum adstanti populo Nostro nomine benedicas, plenam commissorum veniam eidem proponens, suetis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Ex hac profecto legatione futurum plane esse confidimus, ut non modo sollemnia eiusmodi Lexoviensia ingentem laetitiam maximamque celebritatem consequantur, sed illa quoque, quam Sancta ipsa est pollicita, caelestis rosarum effusio largior uberiorque demittatur, ita ut homines in terris peregrinantes fragrantissimo Theresiano cultu, ad vitam supernaturalem alliciente, suaviter salubriterque redoleant. His sane votis faustisque ominibus, Apostolicam Benedictionem, superni praesidii auspicem ac testem summae Nostrae dilectionis, tibi, Dilecte Fili Noster, alacrique Episcopo Baiocensi et Lexoviensi, cunctisque iis, qui sollemnibus sacris intererunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die XXIX mensis iunii, in festo Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, anno MDCCCCXXXVII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore providere dignatus est, nimirum :

die 29 augusti 1937. — Cathedrali Ecclesiae Valentinae in Venezuela praefecit R. D. Gregorium Adam, parochum S. Ioannis Baptistae in civitate Caracensi.

die 22 septembris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Iconiensi Exc. P. D. Lucam Hermenegildum Pasetto, hactenus Episcopum Geritanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Maurensi Exc. P. D. Carolum Duarte Costa, hactenus Episcopum Botucatuensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Appianae Exc. P. D. Guillelmum Hafey, hactenus Episcopum Raleighiensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Thomae 0'Reilly. Episcopi Scrantonensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sinopenae R. D. Zoltanum Ludovicum Meszlényi, Protonotarium Apostolicum ad instar, Canonicum Capituli Metropolitani Strigoniensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Iustiniani Georgii S. R. E. Cardinalis Serédi, Archiepiscopi Strigoniensis.

die 1 octobris. — Cathedrali Ecclesiae Tulancingensi R. D. Michaelem Darium Miranda, Leonensis dioecesis presbyterum,.

die 5 octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Nazianzenae R. D. Salvatorem Rotolo, Societatis S. Francisci Salesii, parochum S. Mariae Auxiliatricis in Urbe, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Henrici S. R. E. Cardinalis Gasparri, Episcopi suburbicarii Veliterñi.

die 13 octobris. — Cathedrali Ecclesiae Raleighiensi R. D. Eugenium Me Guinnes, Antistitem Urbanum, archidioecesis Philadelphiensis.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

NOMINATIONES

Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali successivis datis decretis ad suum beneplacitum renunciavit :

die 28 iulii 1937. — R. P. Constantium Bergna, ex Ordine Fratrum Minorum, *Praefectum, Apostolicum de Dessiè.*

— R. P. Petrum Villa, e Congregatione Filiorum S. Cordis Iesu, *Praefectum Apostolicum de Gondar.*

die 21 septembris. — Bartholom&euni Bechis, e Congregatione Missionum, *Praefectum Apostolicum de Tigrai.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM

STATUTA GENERALIA PIAE UNIONIS CLERI PRO MISSIONIBUS, REVISA AC RECOGNITA, APPROBANTUR.

Piae Unionis Cleri pro Missionibus Statuta Generalia, huius S. C. de Propaganda Fide auctoritate a. D. 1926 promulgata, attentis Unionis incrementis, ab Eminentissimis Patribus huius S. Congregationis, in Plenariis Comitiis die 8 martii p. e. habitis, opportune revisa ac recognita fuerunt, prout in textu huic Decreto adnexo facile patet.

Eminentissimorum vero Patrum sententiam Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Papa XI, in Audientia diei 9 martii, Sibi ab infrascripto huius S. C. Secretario relatam, omnino probavit et textum Statutorum hic adnexum ratum habuit, praesens Decretum ad rem edi iubens.

Datum Romae, ex Aedibus eiusdem S. C. de Propaganda Fide, die 14 aprilis, in Solemnitate S. Ioseph, a. D. 1937.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus.*

L. © S.

f C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius.*

STATUTA GENERALIA

PIAE UNIONIS CLERI PRO MISSIONIBUS

I — De natura et fine

1. Pia Unio Cleri pro Missionibus est Consociatio sacerdotum, ad sacras Ecclesiae missiones adiuvandas instituta, prout num. 4 declaratur.

Eadem, a S. Sede probata et favoribus aucta, a S. Congregatione de Propaganda Fide omnino dependet.

2. Beatissimam Virginem Mariam, Apostolorum missionumque Reginam, patronam veneratur ac sub eius singulari patrocinio finem sibi propositum prosequitur.

3. Pia Unio ad normam canonis 708 Cod. iur. can. in singulis dioecesibus erigenda est.

4. Haec Pia Unio sibi proponit animos sacerdotum gentium conversionis amore accendere, ut per ipsos universus populus christianus studio erga missiones catholicas inflammetur et ita Ecclesia universa concurrat ad regnum Christi per orbem dilatandum.

Insuper studet ut acatholicorum omnium ad unitatem Ecclesiae reditus foveatur, cum unio omnium christianorum conditio sit magni momenti ad ethnicorum conversionem obtinendam.

5. Unio Cleri pro Missionibus non est novum quoddam Opus missionale ad fidelium oblationes colligendas institutum neque pro fine habet aliorum Operum missionalium gubernationem sibi assumere, licet operam impendat ad fidelium animos disponendos ita ut omnibus Operibus missionalibus pro viribus succurrant!

6. Piae Unionis Sodales finem sibi propositum hisce praecipue mediis assequi student :

a) fervidis ad Deum O. M. precibus pro felici sacrarum missionum exitu propriaeque in favorem missionum operae successu;

b) cognitione missionum earumque indigentiarum, laborum apostolicorum, qui in variis mundi plagis a Missionariis exercentur, felicis vel minus laeti eorum exitus, itemque omnium earum rerum quae ad regnum Dei imprimis inter paganos dilatandum referuntur;

c) collationibus congressibusque sodalium, quibus hi mutuo se illuminent circa missionum indigentiis atque ad eis subveniendum inter se exhortentur;

d) fovendo in familiis christianis vocationes missionales, sive ad sacerdotium sive ad munus adiutoris aut adiutricis Missionariorum;

' *e)* monendo christifideles qua sacris concionibus, qua publicis conferentiis, ut vocant, qua privatis colloquiis et adhortationibus, qua scriptis in vulgus editis, aliisque opportunis mediis, de magno opere evangelicae praedicationis inter infideles, et de variis modis, quibus catholicarum missionum necessitatibus succurri possit;

/) offerendo libenter adiutricem operam iis qui Operibus missionalibus praepositi sunt;

g) naviter operam dando ut omnibus innotescant et ubique promoveantur Opera missionalia, imprimis ea quae a Sede Apostolica tamquam sua agnita sunt et Motu Proprio *Romanorum Pontificum,,* die 3 maii 1922 dato, prae caeteris commendata fuerunt. Ea sunt, ante omnia, Opus a Propagatione Fidei, Opera auxiliaria a Sancta Infantia, a Sancto Petro Apostolo pro institutione Cleri indigenae, et Collecta annua in festo Epiphaniae pro redemptione captivorum, seu pro missionibus Africanis; neque omittendae sunt peculiares collectae pro certis regionibus vel missionibus aut pro peculiaribus necessitatibus in loci missionum forte occurrentibus;

Ti) curando ut celebrentur festa, ut dicunt, missionalia, conventus seu congressus, aliaque id genus, quibus christifidelium studium erga missiones magnopere accendatur et increscat;

i) promovendo, actione sive privata sive communi, attentis locorum adiunctis, et prout zelus illuminatus suggesserit, ea omnia quae dissidentes fratres ad unitatem fidei facilius allicere queant.

II — De Sodalibus

7. Piae Unioni Cleri pro Missionibus adscribi possunt omnes sacerdotes cum saeculares tum regulares, necnon clerici qui sacrae theologiae studiis incumbunt.

8. Adscriptio-fit sive a Consilio dioecesano, sive a Consilio nationali, sive, his deficientibus, a Secretariatu Internationali Romae constituto.

9. Ipsa adscriptione suscipiuntur onera Piae Unionis propria, et acquiritur ius ad indulgentias lucrandas et ad favoribus privilegiisque fruendum, quae a Sancta Sede Piae Unioni concessa sunt. Sciant tamen sodales non sufficere nomen dare Piae Unioni, sed naviter et fideliter exsequenda esse ea officia, quae nomen dantes susceperunt, si gratiis Piae Unioni ab Ecclesia concessis vere frui desiderent.

10. Sodales ordinarii vocantur, qui, praeter caetera Piae Unionis officia praestita, statutam a Consilio nationali stipem quotannis solvunt.

11. Sodales perpetui, "qui, praeter fidelem officiorum observantiam, contributum maius ad boc a Consilio nationali statutum semel exsolvunt.

12. Sodales honoris causa sunt Excmi Episcopi, nec non S. R. E. Cardinales, qui Piae Unioni adhaeserunt.

13. Omnes sacerdotes qui actu in missionibus degunt vel valetudinis, senectutis aut oboedientiae causa eas relinquere coacti sunt, omnibus privilegiis et gratiis Piae Unioni concessis gaudent.

III — De Regimine

A) *De Secretariatu Internationali eiusque Consilio*

14. Quo unio Cleri pro Missionibus in omnibus nationibus facilius instituatur eiusque actio efficacius ordinetur et regatur, Romae constitutus est Unionis Secretariatus Internationalis a S. Congregatione de Propaganda Fide immediate dependens.[1] Hic Internationalis Secretariatus a Consilio Internationali dirigitur.

15. Consilii Internationalis membra sunt :

a) Secretarius pro tempore S. Congregationis de propaganda Fide, qui est Consilii Praeses;

b) Directores Nationales Unionis Cleri pro Missionibus et Secretarii Generales Unionis Cleri et Pontificalium Operum Missionalium, durante suo munere, necnon viri illi ex variis nationibus Romae domicilium habentes, quos propter peculiarem rerum missionalium peritiam Sacra Congregatio de Propaganda Fide adlegerit. Isti ad quinquennium nominantur et iterum eligi possunt.

16. Secretarius Generalis, a S. Congregatione de Propaganda Fide, ad eius beneplacitum nominatur et, durante munere, membrum est etiam Supremi Comitatus Cooperationis Missionalis, necnon Consiliorum Superiorum Pontificalium Operum Missionalium.

17. Singulis quinquenniis, Consilium Internationale Unionis convocabitur. At ubi res ferat, membra Consilii, Romae residentia, a Praeside convocari, cum voto deliberativo, poterunt.

18. Secretariatus Internationalis Consilii ductu erit :

a) Unionem Cleri in nationibus ac dioecesibus per Excm.os Episcopos instituendam curare, atque institutae actionem excitare ac promovere;

[1] **Sedes : Via di Propaganda, 1-a, Roma (Italia).**

' o) normas edere iuxta quas Unionis propagatio proficue, concorditer et actuose ubique explicetur; Unionis finem et naturam evulgare ita ut eius statuta ibique uniformiter intelligantur et observentur;

c) aptis mediis inter varias Uniones Nationales mutua vincula statuere, quibus singulae opportune fulciantur;

d) apud omnes Uniones Nationales spiritum supernaturalem alere et Ecclesiae mentem de christifidelium cooperatione missionali omnibus studiosissime referre;

e) relationes atque rationes annuas a Consiliorum Nationalium moderatoribus exigere et statisticas conficere;

/) Unionis Conventus Internationales convocare;

g) examinare et approbare leges *{règlements)* uniuscuiusque nationis proprias a singulis Consiliis Nationalibus latas ad normam horum Statutorum Generalium.

B) *De Consilio Nationali*

19. In unaquaque natione Piae Unioni proxime praeest Consilium Nationale, constans Praeside, Directore Nationali Unionis, Directoribus nationalibus Operum Pontificalium, et nonnullis Consiliariis, quorum alii e Directoribus dioecesanis, alii ex viris de re missionali benemeritis assumuntur.

20. Praeses Consilii Nationalis, a S. Congregatione de Propaganda Fide nominatur inter Episcopos Nationis qui Unioni magis favent.

21. Consiliarii eliguntur a Praeside, collatis consiliis cum Ordinariis locorum, si de sacerdotibus saecularibus, et cum Moderatoribus Regularium, si de Religiosis agitur.

22. Consiliarii per tres annos in officio manent et iterum eligi possunt.

23. E Consiliariis unus officium Secretarii alius Arcarii munus obibit; munera vero ab utroque praestanda, praeterquam ab officii natura, a Praeside statuuntur.

24. Consilii Nationalis est Omni studio Piam Unionem in natione promovere, stipem statuere a sodalibus ordinariis aut perpetuis solvendam, examinare atque recognoscere rationes accepti et expensi a Consiliis dioecesanis, haec adiuvare ubi opus est, congressus Piae Unionis totius nationis indicere et alia huiusmodi.

25. Quotannis Consilium Nationale semel saltem convenit, convocante Praeside.

26. Sedes Consilii Nationalis a Praeside statuitur.

27. Huius Consilii est nominare Directorem, cui omnia demandantur promovenda et regenda, quae Unionis actionem et progressus in natione respiciunt, iuxta normas a Consilio probatas.

28. Director Nationalis praesertim curabit unionem, tum verbo tum scriptis, apud sacerdotes et clericos in Seminariis propagandam; Commentarium Officiale Unionis Cleri pro sua ditione edendum.

C) *De Consilio Dioecesano*

29. Piae Unioni Cleri pro Missionibus in singulis dioecesibus praeponitur Consilium dioecesanum, constans Directore seu Moderatore et Consiliariis, quorum unus Secretarii, alius Arcarii munere fungitur.

30. Tum Director tum Consiliarii ab Ordinario loci nominantur et ad illius nutum in munere permanent.

31. Consilii Dioecesani est Piam Unionem in dioecesi promovere, curare ut omnes sacerdotes illi nomen dent, et praecipue ut omnes adscripti, studio erga missiones incensi, sanctum Consociationis finem actuose prosequantur.

32. Consilium dioecesanum bis in anno congreditur, et praeterea quoties Director illud convocare opportunum duxerit. -

33. Moderatoris dioecesani est, ineunte quoque anno, facta prius dioecesano Consilio relatione, transmittere ad Consilium Nationale accepti et expensi nec non rerum actarum rationem adprobandam una cum indice novorum adscriptorum.

34. Secretarius omnium actorum instrumenta conficiet tum conventus Consilii tum congressuum dioecesanorum, tum etiam rerum notabilium ad Piam Unionem in dioecesi pertinentium.

35. Arcarii, qui a Directore in omnibus dependet, est colligere contributa a singulis membris solvenda, et pecunias fideliter administrare et de iis quotannis Consilio dioecesano rationem reddere.

36. Sedes Consilii dioecesani a Moderatore seu Directore, de consensu Ordinarii, statuitur.

IV — De Congressibus

37. Congressus Unionis Cleri ex omnibus Nationibus con vocabuntur tempore et loco a Consilio Internationali statutis.

38. Congressus Nationalis omnium adscriptorum Piae Unioni Cleri pro Missionibus semel saltem singulis quinquenniis locum habebit, nunc hic nunc illic in locis nationis praecipuis, ab arbitrium Praesidis.

39. Si forte, ob rationes peculiares extra ordinem censeatur convocanda congressus, Praeses, adprobante Consilio Nationali, Directores dioecesanos convocabit, eorumque deliberationi rem proponet.

40. In Congressibus ordinariis Director de iis refert quae ab ultimo Congressu memoratu digna acciderint.

41. Pariter Director rationem reddit de statu oeconomico Piae Unionis in natione.

42. Congressus Nationalis deliberabit de Piae Unionis statu, de mediis idoneis quibus adscriptorum amor et studium eçga missiones foveatur et de aliis negotiis ab ipso tractandis admissis; de postulationibus a Moderatoribus Operum missionalium oblatis et de ceteris huiusmodi. Absque explicito Consilii Nationalis consensu non licebit disserere in conventibus de rebus indice praestituto non comprehensis.

43. Congressus dioecesanus semel saltem singulis bienniis celebrabitur; extra ordinem a Directore, audito Consilio et adprobante Ordinario, convocari poterit.

44. Congressus dioecesanus similibus regitur praescriptionibus ac Congressus nationalis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì. 14 ottobre 1937, Sua Santità ha ricevuto in solenne Udienza, nel Palazzo Pontifìcio di Castel Gandolfo, S. E. il Sig. Dott. COSTANTINO HERDOCTA, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica del Nicaragua, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 26 ottobre 1937 nel Palazzo Pontifìcio di Castel Gandolfo si è adunata dinanzi all'augusta presenza del Santo Padre, la S. Congregazione dei Riti *generale,* con l'intervento degli Emi e Revmi Signori Cardinali, dei Revmi Prelati Officiali e dei Revmi Consultori teologi per dare il voto sul *Tuto* per la solenne Canonizzazione del Beato Salvatore da Horta, laico professo dell'Ordine dei Frati Minori, nonché sulla eroicità delle virtù della Serva di Dio Francesca Saveria Cabrini, fondatrice dell'Istituto delle Suore Missionarie del Sacro Cuore di Gesù.

TRIBUNALE DELLA SACRA ROMANA ROTA

AVVISO

Si avverte che le iscrizioni al tirocinio degli avvocati ed allo studio delle Cause, esistente presso il Tribunale della S. Romana Rota, si ricevono sino al 20 novembre del corrente anno.

Le adunanze avranno inizio nel mese di dicembre.

Roma, 8 ottobre 1937.

G. Grazioli, *Decano.*

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

16 settembre 1937. L'Illíño e Revmo Monsig. Paolo Savino, *Pro -Presidente della Pontificia Accademia dei Nootti Ecclesiastici.*

Çon Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Prelati Domestici di Sua Santità :

15 settembre 1937. Monsig. Raffaele Pozzi, della diocesi di Anglona e Tursi.
23 » » Monsig. Enrico O'Carroll, dell'archidiocesi di Nuova York.
» » » Monsig. Giuseppe Dworzak, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giovanni J. Hickey, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Carlo W. Reid, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Gaetano A. Árcese, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Roberto F. Keegan, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe A. Farrell, della medesima archidiocesi.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Placca dell'Ordine Plano:

10 settembre 1937. Al sig. comm. Conrado Rolandone, Consigliere dell'Ambasciata Argentina presso la Santa Sede.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

11 settembre 1937. Al sig. Premysil &ámal (Cecoslovacchia).

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

31 agosto 1937. Al sig. avv. Giovanni Bovetti, dell'archidiocesi di Torino.
11 settembre » Al sig. Conte Ferdinando Dandini De Sylva (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno, classe civile:

23 settembre 1937. Al sig. Giovanni Coleman, dell'archidiocesi di Nuova York.

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

14 giugno 1937. Al sig. Giulio Zirnheld, dell'archidiocesi di Parigi.
10 settembre » AI sig. Luigi Strimpl (Cecoslovacchia).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

22 luglio 1937. Al sig. prof. arch. Italo Baccelli, dell'archidiocesi di Lucca.
9 settembre » Al sig. Jeroslav èejnoha (Cecoslovacchia).

La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:

9 settembre 1937. Al sig. Vincenzo Ibi (Cecoslovacchia).
» » » Al sig. Bohumil Messány (Cecoslovacchia).
17 » » Al sig. tenente colonnello Mario Massobrio, della diocesi di Casale Monferrato.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:

16 settembre 1937. Monsig. Salvatore Mele, dell'archidiocesi di Brindisi.
23 » » Monsig. Stefano Connelly, dell'archidiocesi di Nuova York,
w » » Monsig. Guglielmo Courtney, della medesima archidiocesi.
» » » Munsig. Riccardo Cushion, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Luigi Dineen, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Patrizio Lennon, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Edoardo Leonard, della medesima archidiocesi.
7 ottobre » Monsig. Luigi Bertani, della diocesi di Reggio Emilia.
» » » Monsig. Angelo Galvanico, della diocesi di Castellammare di Stabia.

NECROLOGIO

14 agosto 1937. Monsig. Giuliano Maria Nouailles, Vescovo tit. di Fornos maggiore.
5 ottobre » Monsig. Giuseppe Vogt, Vescovo di Aquisgrana.
8 » » Monsig. Antonio Monestel, Vescovo di Alajuela.
IO » » Monsig. Elladio Perlaza, Arcivescovo tit. di Pompeopoli di Paflagonia.
13 » » Monsig. Giovanni Francesco Braga, Arcivescovo tit. di Soteropoli.
21 » » Monsig. Giuseppe Simone Ermanno Brunault, Vescovo di Nicolet.
25 » » Monsig. Francesco Maffei, Arcivescovo tit. di Limisa.
26)) » Monsig. Avedis Pietro XIV Arpiarían, Patriarca di Cilicia degli Armeni.
29 » » Monsig. Stefano Miklósy, Vescovo di Hajdudorog di rito bizantino.

An. et vol. XXIX 23 decembris 1937 (Ser. II, v. IV) - Num. U

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

I

CONSISTORIUM SECRETUM

Feria secunda, die xin decembris anno MDCCCCXXXVII, in consueta aula Palatii Apostolici Vaticani fuit *Consistorium secretum,* cuius acta ex ordine referuntur.

I - CAMERARIUS SACRI COLLEGII

Reverendissimus Cardinalis Lauri detulit ac reddidit perulam Sacri Collegii S. R. E. Cardinalium Beatissimo Patri, qui eam tradidit Reverendissimo Cardinali Pacelli, pro hoc anno ipsius Sacri Collegii Cardinalium Camerario.

Subinde haec fuit

II - ALLOCUTIO SSMI DOMINI NOSTRI

VENERABILES FRATRES

Quod iterum Nobis ex divina benignitate licet, post non breve temporis intervallum, hoc in amplissimo consessu vos convocatos circumspicere paterneque alioqui, id haud mediocre Nobis solacium affert animique delectationem. Neque una de causa iubemur bonorum omnium largitori Deo immortales gra-

tes agere, qui Nobis Ecclesiaeque suae, tot inter angustias atque procellas, praesentissima ope sua nullo tempore defuit.

Ac primum placet, heic, vobis coram, gratam eidem etiam atque etiam profiteri testificationem, quod, etsi diuturna infirmitate affecti, numquam tamen caelestibus donis supernisque muneribus destituti fuimus; ac postremis hisce mensibus illa miserentissimus Deus excipere visus est vota supplicationesque^ quae per iterata haec verba eidem admovebamus : « Domine, si in Ecclesiae bonum hominumque salutem aliquantum adhuc possumus operae conferre Nostrae, non laborem, non dolorem recusamus ».

Huc accedit quod per annum, qui iam ad exitum vergit, non parum sane Eucharisticis illis celebrationibus delectati sumus,, quas per Nostrum *a Latere* Legatum participavimus, quaeque ut uberes virtutis religionisque edidere fructus, ita ob testatam publice in communem Patrem pietatem caritatemque, et ob adhibitas pro incolumitate Nostra impensissimas ad Deum preces, mirandum prorsus exstitere catholicae fidei, concordiae unitatisque spectaculum.

In praesens vero alia de causa gaudium augetur Nostrum, quae quidem arctiore ratione sacrum attingit Collegium vestrum. Quandoquidem enim lugendas idem Purpuratorum Patrum iacturas fecit, quos heic amantissima voluntate paternoque desiderio commemoratos volumus, datur Nobis in eorum locum alios sublegere praeclarissimos viros, ex quorum in Romanae Ecclesiae Senatum cooptatione, ob egregia, quibus iidem nitent, animi ornamenta eximiaque promerita, vestri Ordinis decus non mediocre incrementum procul dubio accipiet.

Verumtamen, antequam eorum nomina, ex Apostolicae Sedis more, hac in aulae maiestate renuntiemus, temperare Nobis non possumus quin gravissimas, quibus Noster oppletur animus, sollicitudines anxitudinesque vobiscum communicemus. Non enim desunt, tempestivis intermixtae solaciis, trepidationis dolorisque causae; cum praesertim ad extremas Orientis oras respicimus, in quibus ex calamitosis illis rerum con-

versionibus, quae, ut pronum est, bellica comitantur discrimina, evangelici verbi praecones ac florentes christifidelium communitates tot tantaque acceperunt detrimenta, ac vel maiora in posterum reformidant.

Quodsi ad Europam oculos convertimus, non minore cum aegritudine cernimus quae in Russiarum regionibus impie atrociterque perpetrantur, et quae in Germania magno cum christianae vitae periculo decernuntur; dum carissimae Nobis catholicae Hispaniae populi tristibus adhuc afflictisque iactantur rebus, etsi aliqua inibi spes subest meliorum temporum.

Quae omnia dum summo moerore Nostrum afficiunt ac sollicitant animum, ad *misericordiarum Patrem et Deum totius consolationis*[1] supplici fidentique prece confugimus; ab eodemque enixe contendimus ut hisce malis miseriisque mederi benigne velit; atque ab Ecclesia sua ab hominumque societate minaces graviorum tempestatum Auctus, pro infinita clementia sua, prohibeat, quamvis haud pauci non modo e privatis hominibus, sed ex iis etiam in quibusdam Nationibus, qui publicae rei praesunt, sacra religionis officia neglegendo posthabeant, ac vel in ipsum aeternum Dei Numen temerario ausu rebellent.

III - CONFIRMATIO ELECTIONIS PATRIARCHAE ARMENORUM

Interea vero, priusquam eo deveniamus, quo potissimum vos convocando spectavimus, curam auctoritatemque Nostram dilectissima Nobis Ecclesia Ciliciae Armenorum postulat.

Recens enim, ut nostis, die scilicet vicesima sexta superiores mensis octobris, Venerabilis Frater Avedis Petrus Arpiarían, Patriarcha Ciliciae Armenorum, diem piissime obiit supremum; quem quidem egregium Praesulem, fidei integritate et apostolico studio insignem, quemadmodum sui omnes complorarunt, ita Nos heic dolendo desiderandoque commemoramus. Paucis post diebus eiusdem ritus Antistites eo consilio Berytum coiverunt, ut legitimam Synodum celebrantes novum in locum de-

[1] **Cfr. *II Cor.*, i, 3.**

mortui Patriarcham sufficerent. Ac revera, die tricésima mensis novembris, miranda prorsus animorum consensione, Patriarcham dixerunt Venerabilem Fratrem Franciscum Agagianian, Episcopum titulo Comanensem in Armenia, qui sibi Gregorio Petro nomen imposuit. Ac subinde, Episcopi, qui ad suffragia ferenda convenerant, communes ad Nos dederunt litteras, quibus, re exposita, rogabant ut ab se peractam electionem ratam confirmatamque haberemus.

Id ipsum delectus Patriarcha, per epistulam officii plenam,, addita catholicae fidei professione, demisse imploravit.

Nos vero, ut moris est, totius cognitionem negotii Venerabilibus Fratribus Nostris demandavimus S. R. E. Cardinalibus e sacro Consilio Ecclesiae Orientali praeposito; qui quidem, re mature perpensa, Episcoporum illorum precibus concedendum esse autumarunt. Etenim de dignissimo Praesule agitur, qui, quamvis provectam aetatem nondum attigerit, prudentia tamen rerumque usu ita praestat, ut omnium sibi benevolentiam aestimationemqüe conciliaverit. Ac praeterea, cum lectissimis animi ornamentis niteat, spem bonam facit fore ut quae, superioribus annis, in iuventute praesertim instituenda, egregia sibi comparavit promerita, eadem hoc in latiore campo etiam atque etiam adaugeat. Libenter igitur eum in Patriarcham Ciliciae Armenorum confirmare, eumdemque sacro Pallio, de beati Petri sepulchro sumpto, decorare decernimus.

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, confirmamus ratamque habemus electionem seu postulationem a Venerabilibus Fratribus Episcopis Ecclesiae Armenorum factam de persona Venerabilis Fratris Francisci Agagianian; eumque ab Episcopatu titulo Comanensi in Armenia ad patriarchalem Ciliciae Ecclesiam Armenorum evehimus ac promovemus, atque eiusdem Ecclesiae Patriarcham declaramus ac renuntiamus, prout in decreto et schedulis Consistorialibus exprimetur : contrariis non obstantibus quibuslibet.

In nomine Patris £g et Filii ***Cfr*** et Spiritus £g Sancti. Amen.

IV - CREATIO ET PUBLICATIO PATRUM CARDINALIUM

Iam nihil aliud superest, nisi ut amplissimum Collegium vestrum suppleamus, lectissimis viris quinque sacrae purpurae honorem deferendo, qui vel insignes sibi creditas dioeceses apostolico studio virtutisque laudibus honestarunt, vel suam Apostolicae huic Sedi alacrem navantes operam, eidem ac Nobis optime se probarunt.

Ii sunt :

ADEODATUS IOANNES PIAZZA, Venetiarum Patriarcha;

HERMENEGILDUS PELLEGRINE™, Archiepiscopus titulo Adanensis et Apostolicus in Jugoslavia Nuntius ;

ARTHURUS HINSLEY, Archiepiscopus Westmonasteriensis;

IOSEPHUS PIZZARDO, Archiepiscopus titulo Mcaenus, et a secretis Sacrae Congregationis ecclesiasticis expediendis negotiis extraordinariis ;

PETRUS GERLIER, Archiepiscopus Lugdunensis.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, creamus et renuntiamus S. R. E. Presbyteros Cardinales

ADEODATUM IOANNEM PIAZZA,

HERMENEGILDUM PELLEGRINETTT,

ARTHURUM HINSLEY,

IOSEPHUM PIZZARDO,

PETRUM GERLIER.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis.

In nomine Patris £g et Filii £g et Spiritus £g Sancti. Amen.

In praesens vero ad Episcoporum cooptationem deveniamus.

V - OPTIO ECCLESIAE

Tum Revmus Cardinalis Eugenius Tisserant, Diaconus Ss. Viti, Modesti et Crescentiae, opta vit ad Ordinem Presbyterorum. Quam optionem Beatissimus Pater benigno favore excepit elevans Diaconiam Ss. Viti, Modesti et Crescentiae, pro hac vice, in Titulum Presbyteralem.

VI - PROVISIO ECCLESIARUM

Deinde Ssmus sequentes proponit Ecclesias :

Cathedrali Ecclesiae Balneoregiensi praefecit R. D. Adelchim Albanesi, Suum cubicularium secretum super numerum et archipresbyterum parochum loci *Salsomaggiore,* in dioecesi Piacentina.

Cathedrali Ecclesiae Uœentinae R. D. Iosephum Ruotolo, praepositum parochum sancti Nicolai in civitate Andriensi.

Cathedrali Ecclesiae Clodiensi R. P. Hyacinthum a Tergeste (in saeculo Ioannem Ambrosit), ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, parochum in civitate Adriensi.

Titulari episcopali Ecclesiae Salenae R. D. Philippum Servulum Desranleau, Protonotarium Apostolicum « ad instar participantium » et parochum loci *Sorel,* in dioecesi sancti Hyacinthi, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Alfonsi Gagnon, Episcopi Sherbrookensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Peltenae R. D. Stephanum Woznicki, parochum ad sancti Hyacinthi, in civitate Detroitensi, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Eduardi Mooney, Archiepiscopi Detroitensis.

Insuper alios per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos sacrorum Antistites publicavit, videlicet :

ARCHIEPISCOPOS :

Iconiensem, Eugenium S. R. E. Cardinalem Tisserant, qui titulum dimisit post consecrationem episcopalem.

Eispalensem, Petrum S. R. E. Cardinalem Segura y Saenz.

Melitenaeum, Andream du Bois de la Villerabel, iam Archiepiscopum Rothomagensem.

Angelorum, Ecclesia in metropolitanam evecta, Ioannem Cantwell, iam eiusdem dioecesis Episcopum.

Naupactensem, Maurilium Silvani, Nuntium Apostolicum in Republica Haitiana et in Republica Dominicana.

Coloniensem in Armenia, Petrum Kedidjian.

Rothomagensem, Petrum Petit de Julleville, iam Episcopum Divionensem.

Senonensem, Fridericum Lamy, iam Episcopum Meldensem.

Fagarasiensem et *Albae luliensis Rumenorum,* Alexandrum Meciesen, iam Episcopum Lugosiensem.

Macrensem in Rhodope, Antonium Alaphridum Barbieri, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Ioannis Francisci Aragone, Archiepiscopi Montisvidei.

Patrensem, Aloisium Fogar, iam Episcopum Tergestinum et lustinopolitanum.

Sidetanum, Fridericum Lunardi, Nuntium Apostolicum in Republica Boliviana.

Hadrianopolitanum, Eduardum Proñttlich, Administratorem Apostolicum Estoniae.

Philippopolitanum in Thracia, Ioannem Raphaelem Rodic, iam Archiepiscopum Belogradensem et Semendriensem.

Belogradensem et *Semendriensem,* cum administratione Sanatus Iugoslavi, Iosephum Ujcié.

Bisuntinum, Mauritium Dubourg, iam Episcopum Massiliensem.

Monctonensem, noviter erecta archidioecesi, Arthurum Melanson, iam Episcopum Gravelburgensem.

Mocissenum, Ioannem Hugonem MacDonald, iam Episcopum Victoriensem in insula Vancouver, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Henrici 0'Leary, Archiepiscopi Edmontonensis.

Caesariensem in Palaestina, Aloisium Traglia.

Chamberiensem, Petrum Durieux,, iam Episcopum Vivariensem.

Halifaxiensem, Ioannem Thomam MacNally, iam Episcopum Hamiltonensem.

Hobartensem, lustinum Simonds.

Mexicanum, Aloisium Martínez, iam Archiepiscopum Misthiensem.

Pergensem, Ioannem Mariam Aemilium Castellani, iam Archiepiscopum Rhodiensem, Delegatum Apostolicum in Africa Orientali Italica.

Dehliensem et *Simlensem,* Patritium Mulligan.

Gabulensem, Patritium Finbarro Ryan, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Ioannis Pii Dowling, Archiepiscopi Portus Hispaniae.

Bizyenum, Aloisium Altamirano Bulnes, iam Episcopum Tulancingensem, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Leopoldi Ruiz y Flores, Archiepiscopi Moreliensis.

Detroitensem, Ecclesia in metropolitanam evecta, Eduardum Mooney, iam Archiepiscopum-Episcopum Roffensem in America.

Gypselensem, Normannum Gilroy, iam Episcopum Portaugustanum, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Michaelis Kelly, Archiepiscopi Sydneyensis.

Lugdunensem, Petrum Gerlier, iam Episcopum Tarbiensem et Lourdensem.

Bombayensem, Thomam Roberts.

Marcianopolitanum, Carolum Albertum Gounot, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Alexii Lemaître, Archiepiscopi Carthaginensis.

Compsanum et *Episcopum Sancti Angeli de Lombardis* et *Bisaciensem,* Aniellum Calcara.

Iconiensem, Lucam Hermenegildum Pasetto, iam Episcopum Geritanum.

Darnitawam, Ephraem Forni, Nuntium Apostolicum in Aequatore.

Garellensem, Eduardum Tonna, iam Archiepiscopum Smyrnensem.

Tokiensem, Petrum Doi Tatsuo.

Novarcensem, Ecclesia in metropolitanam evecta, Thomam Iosephum Walsh, iam eiusdem dioecesis Episcopum.

Ludovicopolitanum, ecclesia in metropolitanam evecta, Ioannem Floersh, iam eiusdem dioecesis Episcopum.

EPISCOPOS :

Syenitanum, Marianum Garriga, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Emmanuelis Ledvina, Episcopi dioecesis Corporis Christi.

Glaudiopolitanum in Isauria, Emmanuelem Moll Salord, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Felicis Bilbao y Ugarizza, Episcopi Derthusensis.

Tloensem et *Praelatum Vaccariensem,* Candidum Iulium Bampi.

Augustanum, Antonium Rocca, Auxiliarem Emi P. D. Iacobi Aloisii S. R. E. Cardinalis Copello, Archiepiscopi Bonaërensis.

Caesariensem Philippi, Franciscum Beretti.

Sozusensem in Palaestina, Paulum Yüpin, Vicarium Apostolicum Nanchinensem.

Phacusiensem, Fabianum Yu Teh Guen, Vicarium Apostolicum de Yachow.

Tadamatensem, Iosephum Tchang Yuinpo, Vicarium Apostolicum de Suanhwafu.

Eressiensem, Zenonem Arámburu, Vicarium Apostolicum de Wuhu.

Thaumacensem, Gustavum Georgium Vandaele, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Pauli Ramond, Vicarii Apostolici de Hung Hoa.

Netensem, Angelum Calabretta.

Sebastenum in Palaestina, Nicolaum Jezzoni, iam Episcopum Valvensem et Sulmonensem.

Nelsonensem, noviter erecta dioecesi, Martinum Johnson.

Pisitanum, Ioannem Chrysostomum Aloisium Marinoni, Vicarium Apostolicum Erythraeae.

Bityliensem, Alaphridum Viola, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Thomae Camacho, Episcopi Saltensis.

Limnensem, Hannibalem Mena Porta, Auxiliarem Excmi P. D. Symphoriani Bogarin, Archiepiscopi SS. Assumptionis.

Jonopolitanum, Ioannem Baptistam Dietz, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Damiani Schmitt, Episcopi Fuldensis.

Aversanum, Antonium Teutonico.

Gérarensem, Dominicum Ioannem Vargas, iam Episcopum Huarasensem.

Taubatensem, Andream Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti, iam Episcopum Valentinum in Brasilia.

Altunensem, Richardum Guilfoyle.

Kildariensem et *Leighliensem,* Thomam Keogh.

Panitanum, Franciscum Tschann.

Dionysianum, Antonium Zimniak, Auxiliarem Excmi P. D. Theodori Kubina, Episcopi Ozestochoviensis.

Loidensem, Henricum Ioannem Poskitt.

Cadurcensem, Iosephum Ioannem Amatum Moussaron, iam Episcopum Lamianum.

Nannetensem, Ioannem Villepelet.

Valleguidonensem, Ioannem Marcadè.

Tanvisimim, Antonium Mantiero, iam Episcopum Pacténsem et Praelatum Sanctae Luciae.

Lugosiensenl Rumenorum, Ioannem Balan.

Passavienseni, Simeonem Landersdorf er.

Ibarrensem, Caesarem Antonium Mosquera.

Asculanum in Piceno, Ambrosium Squintani.

Diocleanum, Paschalem Ragosta, iam Episcopum Castri Maris.

Pactensem, Angelum Picarra.

Oleastrensem, Laurentium Basoli.

Pionitanum, Alexandrum Evreinoff.

Sancti Didaci, noviter erecta dioecesi, Carolum Buddy.

Castri Maris, Fridericum Emanuel, iam Episcopum Philomeliensem.

Adriensem, Guidonem Mazzocco.

Trapezopolitanum, Theodorum Schu, Vicarium Apostolicum de Yenchowfu.

Gergitanum, Ioannem van "Sambek, Vicarium Apostolicum Tanganikensem.

Selensem, Dominicum Ettorre, Auxiliarem Emi P. D. Donati Episcopi Suburbicarii Sabinensis et Mandelensis S. R. E. Cardinalis Sbarretti.

Nucerinum Paganorum, Theodoricum De Angelis, iam Episcopum Uxentinum.

Basileensem et *Luganensem,* Franciscum von Streng.

Bugellensem, Carolum Rossi.

Sionensem, Franciscum Pascucci.

Cestrenum, Antonium Macrioniti, iam Episcopum Syrensem, nuper vita functum.

Drivastensem, Cyprianum Cassini, Vicarium Apostolicum de Pengpu.

Phelbesianum, Henricum van Schingen, Vicarium Apostolicum de Koango.

ThuburMtanum, Franciscum Xaverium Thoyer, Vicarium Apostolicum de Fianarantsoa.

Madensem, Hubertum-Antonium Grauls, Vicarium Apostolicum de Urundi.

Muranum, Bartholomaeum Mangino.

Oppidensem, Nicolaum Canino.

Hagulstadensem et *Novocastrensem,* Iosephum McCormack.

Buffalensem, Ioannem Duffy, iam Episcopum Syracusensem.

Victoriensem in Insula Vancouver, Ioannem Cody.

Famagustanum, Paulum Castiglioni, Auxiliarem Emi P. D. Alaphridi Hildefonsi S. R. E. Cardinalis Schuster, Archiepiscopi Mediolanensis.

Tamiathitanum, Gulielmum Grassi.

Policastrensem, Fridericum Pezzullo.

Meldensem, Iosephum Evrard.

Teuchirianum, Franciscum Mariam Arsenium Lemasle, Vicarium Apostolicum de Hué.

Philomeliensem, Ianuarium Hayasaka, iam Episcopum Nagasakiensem.

Bobiensem, Bernardum Bertoglio, iam Episcopum Nazianzenum.

Diospolitanum in Thracia, Ioannem Iosephum Georgium Deymier, Vicarium Apostolicum de Hangchow.

Salditanum, Iosephum Prud'homme, iam Episcopum dioecesis Principis Alberten sis.

Letaeum, Benignum Lucianum Migliorini, Auxiliarem Emi P. D. Angeli Mariae Episcopi Suburbicarii Praenestini S. R. E. Cardinalis Dolci.

Arethusium, Henricum Wienken, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Petri Legge, Episcopi Misnensis.

Methonensem et *Praelatum Ordinarium Sanctae Luciae,* Lucianum Geraci.

Valvensem et *Sumonensem,* Lucianum Marcante.

Bomnensem, Innocentium Alaphridum Russo.

Ärassuahyensem, Iosephum de Haas.

Dascyleotanum, Iulium Bieniek, Auxiliarem Excmi P. D. Stanislai Adamski, Episcopi Katowicensis.

Divionensem, Marium Gulielmum Sembel.

Chillanensem, Georgium Larrain Cotapos.

Metelitanum, Aloisium Santa, Vicarium Apostolicum de Gimma.

Pitanaeum, Carolum de Sà Pragoso, iam Episcopum S. Thomae de Meliapor.

8. Thomae de Meliapor, Emmanuelem de Medeiros Guerreiro.

Busiritanum, Ignatium Arnoz, Vicarium Apostolicum de Bulawayo.

Goritanum, Emmanuelem Hanisch, Vicarium Apostolicum de Umtata.

Hieritarmm, Theodorum Hermannum Breher, Vicarium Apostolicum de Yenki.

Zachuensem Chaldaeorum, Ioannem Mssan, iam Archiepiscopum Sehnaensem, servato titulo archiepiscopi ad personam.

Vivariensem, Alaphridum Couderc.

Praenetiensem, Franciscum Henschke, Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Vilphridi Dwyer, Episcopi Corvopolitani.

Capitoliensem, Henricum Ambrosium Finger, Vicarium Apostolicum-de Chowtsun.

Chusirensem, Franciscum Xaverium Ochoa, Vicarium Apostolicum de Kweitek.

Altavensem, Ambrosium Kelly, Vicarium Apostolicum Sierrae Leonis.

8yracusensem, Gualterium Foery.

Lansingensem, nuper erecta dioecesi, Iosephum Albers, iam Episcopum Lundensem.

Leavenworthiensem, Paulum Schulte.

Candybensem, Iacobum Pessers, Vicarium Apostolicum de Timor Neederlandica.

G ravelburgensem, Iosephum Guy, iam Episcopum Zertensem.

Portus Victoriae seu *Seychellarum,* Marcellum Maradan.

Boriensem, Ludovicum Ephraem Groshenry, Vicarium Apostolicum de Bobo Dioulasso.

Sasimensem, Adulphum Ioannem Paschang, Vicarium Apostolicum de Kongmoon.

tyrensem j Gregorium Vuccino.

Thespiensem, Iosephum Franciscum Person, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Iulii Pichón, Archiepiscopi-Episcopi Caiesensis.

Trivandrensem Latinorum, Vincentium Victorium Dereere, iam Episcopum Quilonensem.

NagasaMensem, Paulum Aijirum Yamaguchi.

Lamianum, Ioannem Baptistam Wang, Vicarium Apostolicum de Ankwo.

Zertensem, Alaphridum Lanfranconi, Vicarium Apostolicum de Toungoo.

Cestrenum, Eduardum Bresson, Vicarium Apostolicum Novae Caledoniae.

Gazensem, Ioannem Tirinnanzi, Vicarium Apostolicum Arabiae.

Troadensem, Armandum Clabaut, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Arsenii Turquetil, Vicarii Apostolici Sinus de Hudson.

Viglevanensem, Ioannem Bargiggia, iam Episcopum Calatayeronensem.

Euroeensem in Epiro, Alaphridum Del Tomba, iam Episcopum Ilcinensem.

Fesulanum, Ioannem Giorgis, iam Episcopum Triventinum.

Attalensem in Pamphylia, Raphaelem Arias, Auxiliarem Excmi P. D. Xisti Sosa, Episcopi Cumanensis.

Rojfensem in America, Iacobum Kearney, iam Episcopum Lacus Salsi.

Kilmorensem, Patritium Lyons.

Lacus Salsi, Duanem Hunt.

Galviensem et *Duacensem, cum perpetua administratione dioecesis Fenaborensis,* Michaelem Browne.

Ijundensem, Georgium Behring., Auxiliarem Excmi P. D. Ioannis MacMcholas, Archiepiscopi Cincinnatensis.

Calatayeronensem, Petrum Capizzi, iam Episcopum Campaniensem.

Massiliensem, Ioannem Delay, iam Episcopus Leptimagnensem.

Mimatensem, Franciscum Auvity, iam Episcpum Sareptenum.

Bellovacensem, Felicem Boeder.

Pembrokensem, Leonem Nelligan.

Hamiltonensem., Iosephum Ryan.

Porphyriensem, Alfonsum Camillum De Romanis.

Valentinum in Venezuela, Gregorium Adam.

Cassanensem, Raphaelem Barbieri.

Sareptenum, Franciscum Canessa.

Triventinum, Epimenium Giannico.

Fanensem, Vincentium Del Signore.

Campaniensem, Iosephum Palatucci.

Maurensem, Carolum Duarte Costa, iam Episcopum Botucatuensem.

Appianum, Gulielmum Hafey, iam Episcopum Raleighiensem, Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Thomae 0'Reilly, Episcopi Scrantonensis.

Binopenum, Zoltanum Lndovicum Meszlenyi, Auxiliarem Emi P. D. Iustiniani Georgii S. R. È. Cardinalis Serédi, Archiepiscopi Strigoniensis.

Salonitanum, Leonem Iacobum Ossola, Vicarium Apostolicum de Harar.

Quilonensem, Hieronymum Fernandez.

Tulancingensem, Michaelem Darium Miranda.

Reliopolitanum Melchitarum, Iosephum Malouf.

Nazianzenum, Salvatorem Rotolo, Auxiliarem Emi P. D. Henrici Episcopi Suburbicarii Veliterni S. R. E. Cardinalis Gasparri.

Cinnaeum, Matthaeum Mugica y Urrestarazu, iam Episcopum Victoriensem.

Raleighiensem, Eugenium McGuinnes.

Arbanensem, Iosephum Perniciaro.

horymiensem, Eugenium Curien, iam Episcopum Rupellensem.

Yokomaënsem, nuper erecta dioecesi, Ioannem Alexium Chambón, iam Archiepiscopum Tokiensem, servato titulo Archiepiscopi ad personam.

Calicutensem, Leonem Proserpio.

Bisicensem,, Franciscum Xaverium Tchao, Vicarium Apostolicum de Sienhsien.

Pharanitanum, Ioannem Baptistam Chabalier, Vicarium Apostolicum de Phnom-Penh.

Furnitanum maiorem, Marcellum Grandin, Vicarium Apostolicum de Oubangui-Chari.

Thoitanum, Fridericum Mariam Blessing, Vicarium Apostolicum de Bondo.

Menelaitensem, Octavium Terrienne, Vicarium Apostolicum Insularum Gilbertinarum.

Daldianum, Carolum Weber, Vicarium Apostolicum de Ichowfu.

Praeterea Beatissimus Pater confirmasse se dixit ac ratam habuisse electionem, canonice factam in Synodo Episcoporum Syrorum, Excmi P. I). Ephraem Hykary ad Ecclesiam titularem archiepiscopalem Amastrianam.

Demum ratam se habuisse dixit translationem canonice factam in Synodo Episcoporum Maronitarum Excmi P. D. Eliae Eicha, ab Ecclesia titulari Nazarena ad sedem archiepiscopalem Heliopolitanam Maronitarum.

VII - POSTULATIO PALLII

Provisione Ecclesiarum peracta, Patriarcha Ecclesiae Ciliciae Armenorum, qui iam fidei professionem et iuramentum de more praestiterat, accedens, Pallium instanter, instantius, instantissime postulavit simulque gratias Summo Pontifici egit pro concessa suae electionis confirmatione. Cui Beatissimus Pater benigne respondit.

II

CONSISTORIUM PUBLICUM

Feria V, die xvi decembris anno MCMXXXVII in aula supra porticum Basilicae Vaticanae Consistorium publicum fuit, in quo Sanctissimus D. N. Pius Pp. XI sollemniter imposuit Galerum rubrum Pontificale Emis ac Revmis DD. Cardinalibus:

ADEODATO IOANNI PIAZZA,

HERMENEGILDO PELLEGRINETTI,

ARTHTJRO HINSLEY,

IOSEPHO PIZZARDO,

PETRO GERLIER.

Interim per Advocatum Sacri Consistorii, Christophorum Astorri, peroratio fiebat Causae Servi Dei Fr. Ioannis Baptistae a sancto Michaele Archangelo, Sacerdotis professi e Congregatione Clericorum excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. N. Iesu Christi.

III

CONSISTORIUM SECRETUM

Publico peracto Consistorio, habitum est in consueta aula Palatii Apostolici Vaticani *Consistorium secretum,* in quo, postquam Beatissimus Pater os supradictis novis Cardinalibus, ut de more, clausisset, sequentes proposuit Ecclesias :

I - PROVISIO ECCLESIARUM

Titulari episcopali Ecclesiae Limisensi, praefecit Exc. P. D. Caesarem Guerrero, hactenus Episcopum Lingayensem, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Michaelis O'Doherty, Archiepiscopi Manilensis.

Cathedrali Ecclesiae Patersonensi, nuper erectae, Exc. P. D. Thomam McLaughlin, hactenus Episcopum titularem Nisenum in Lycia.

Cathedrali Ecclesiae Calbayoganae/R>. D. Michaelem Acebedo, parochum in civitate Palensi.

Cathedrali Ecclesiae Palensi, nuper erectae, R. D. Emmanuelem Mascarinas, parochum loci *Tagbilaran* in archidioecesi Caebuana.

Cathedrali Ecclesiae Ovensburgensi, nuper erectae, R. D. Franciscum Gotton, Cancellarium Curiae Ludovicopolitanae.

Cathedrali Ecclesiae Camdensi, nuper erectae, R. D. Bartholomaeum Eustace, professorem theologiae in Seminario Neo-Eboracensi.

Cathedrali Ecclesiae Guayaquilensis R. P. Iosephum Felicem Heredia, sodalem Societatis Iesu.

Titulari episcopali Ecclesiae Eippenae, R. D. Robertum Aguirre, canonicum capituli cathedralis Ibarrensis, quem Administratorem Apostolicum dioecesis Lojanae deputavit.

Titulari episcopali Ecclesiae Tenediensi, R. D. Stephanum Bornet, Vicarium generalem Lugdunensem, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Petri S. R. E. Cardinalis Gerlier, Archiepiscopi Lugdunensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Coelenae, R. D. Iosephum Walsh, Vicarium generalem archidioecesis Tuamensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Thomae Gilmartin, Archiepiscopi Tuamensis.

II - ORIS APERITIO ET TITULORUM ASSIGNATIO

Post haec Beatissimus Pater os aperuit novensilibus Cardinalibus, ut in Consistoriis, Congregationibus, aliisve functionibus cardinalitiis suas valeant proferre sententias, singulisque, anulos tradens, assignavit :

ADEODATO IOANNI PIAZZA, *Titulum Sanctae Priscae;*

HERMENEGILDO PELLEGRINE™, *Titulum Sancti Laurentii in Panispema;*

ARTHURO HINSLEY, *Titulum Sanctae Susannae;*

IOSEPHO PIZZARDO, *Titulum Sanctae Mariae in Via Lata,* diaconiam, pro hac vice, in titulum evectam;

PETRO GERLIER, *Titulum Ssmae Trinitatis in Monte Pincio.*

III - POSTULATIO PALLIORUM

Deinde personaliter institit pro Pallio Emus P. D. Cardinalis Gerlier pro Metropolitana Ecclesia Lugdunensi. Emus P. D. Cardinalis Canali, nomine Emi P. D. Cardinalis Segura y Saenz, postulavit S. Pallium pro Ecclesia Metropolitana Hispalensi.

Item Antistes datus archiepiscopali Ecclesiae Belogradensi personaliter Pallium postulavit. Per Procuratores vero postulatio facta est pro Ecclesiis Metropolitanis : *Angelorum* (per elevationem sedis), *Rothomagensis Senonensis Fagarasiensi* et *Albae luliensis, Bisuntina, Monctonensi* (noviter erecta), *Chamberiensi, Ealifaxiensi, Mexicana, Dehliensi* et *Simlensi, Betroitensi, Medellensi* (per successionem), *Bombayensi,*

Agraensi (per successionem), *Compsana, ToMensi, Zagrabiensi* (per successionem), *Novarcensi* (per elevationem sedis), *Ludovicopolitanam* (per elevationem sedis); item pro archiepiscopali Ecclesia *Hobartensi* et pro episcopali *Massiliensi* (ex privilegio).

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE CHANGTIEN

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE CHANGTIEN IN SINIS IN VICARIATUM APOSTOLICUM EVEHITUR, « DE CHOWTSUN » NUNCUPANDUM.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Non mediocri afficimur laetitia quandocumque ingentes habuisse comperimus catholicum nomen profectus in quavis inter infideles populos enascenti ecclesia, quam Iubenti animo tum ad maiorem dignitatis gradum evehimus, ut fidei propagationi aptius consulatur simulque meritae laudis testimonium tribuatur Evangelii praeconibus illic enixe adlaborantibus. Iamvero in Praefectura Apostolica de Changuen, in Sinensi Republica, anno Domini millesimo nongentesimo tricesimo secundo a Nobis erecta et Ordinis Minorum S. Francisci regularis Provinciae SS. Cordis Iesu Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis curis concredita, brevi tempore, uti Nobis relatum est, tales, Deo auctore, in evangelico verbo prolatando habiti sunt progressus, ut merito ipsa ad Vicariatus Apostolici gradum evehi digna esse censeatur. Quapropter, collatis consiliis cum venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, negotiis Fidei Propagandae praepositis, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Apostolicam quam supra diximus Praefecturam de Changtien, iisdem servatis finibus, quibus modo circumscribitur, mutato vero nomine in *de Chowtsun,* ex urbe in praesentiarum eiusdem Praefecturae principe, in Vicariatum Apostolicum extollimus atque erigimus, eumque, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, eiusdem Ordinis Fratrum Minorum Missionariis, qui iam inibi tanto* apostolico zelo adlaborant, etiam in posterum concreditum volumus.

Novo igitur iiuic quoque Vicariatui Apostolico eiusque pro tempore Vicariis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem tum Vicariatus tum eorum Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligat tionibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infrigere, vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die duodevicesima mensis maii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BJO^pi
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Vincentius Bianchi-Cagliesi, *Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

Reg. in Canc. Ap., Vol. LVII, n. 11 **- Al. Trussardi**

II

DE SZEPINGKAI

VICARIATUS APOSTOLICUS DE SZEPINGKAI DISMEMBRATUR ET NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA <(DE LINTUNG ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo melius pleniusque Evangelii diffusioni inter infideles gentes consuli possit, quam maxime aliquando iuvat latissima plerumque quarumdam Missionum territoria in partes dividere, aliasque constituere Missiones, aliorum Pastorum curis et regimini concredendas, praesertim

quum rerum locorumque adiuncta id exigere videantur. Cum itaque Apostolicae Sedi a venerabili Fratre Aloisio Lapierre, Episcopo Titulari Cardicensi et Vicario Apostolico de Szepingkai, relatum sit in parte illa sui Vicariatus, ad provinciam civilem de *Iehol* olim pertinente, nunc vero in provinciis de *Hsing-Nan-Si^Fen-Cheng* et *Hsing-Nan-Nan-Fen-Gheng* sita, non posse, ob nimiam ab Ordinarii sede distantiam, eo quo par esset fructu catholicum nomen prolatari, cumque tam felicia in Vicariatu ipso incrementa novissimis hisce annis, Deo auctore, habita sint, ut maiores in dies Pastoris labores exigere censeantur, peropportunum visum est Nobis partem illam in novam Praefecturam Apostolicam erigi, alterius vigilantis Pastoris curis concredendam. Quare, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, attentisque commendaticiis litteris dilecti Filii Moderatoris Generalis Societatis pro Missionibus Exteris Provinciae Quebecensis, cuius curis Vicariatus ille est commissus, omnibus mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, suprema Nostra auctoritate, e Vicariatus Apostolici de Szepingkai territorio subpraefecturas civiles de *Cha-Lu-Teh-Cho-GhH, Gha-Lu-Teh-You-GJiH, Ia-Lu-K'o-Cho-I-Gh'ij PaLin-Cho-I-Ch'i, Pa-Lin-Yov-I-Ch'i, Lin-Hsi* et *Nßi-Man-Ch'i,* ad provinciam civile de *Hsing-Nan-Si-Fen-Cheng* pertinentes, nec non subpraefecturam de *Ku-lMn-GhH* in provincia de *Hsing-Nan-Nan-Fen-Gheng* sitam, separamus; idque territorium in Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus, eamque, ex eiusdem nominis urbe de *Lintung* nuncupandam, apostolicis praefatae Societatis pro Missionibus Exteris Provinciae Quebecensis curis, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concredimus. Huic igitur novae Praefecturae Apostolicae de *Lintung,* eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Praefecturae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce praesentibus haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indi-

gnationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die duodevicesima mensis maii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfridus Vitali, *-Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Aposi.*

Loco ££ Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVII, n. 11 **- Al. Trussardi.**

III

TOGONENSIS

VICARIATUS APOSTOLICUS TOGONENSIS IN AFRICA OCCIDENTALI pl SM EMBRATUR ET NOVA EXINDE ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « DE S0K0DE ».

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Supremum quo fungimur apostolatus munus a Nobis exigit ut quaecumque ad evangelici verbi inter infideles gentes propagationem magis congruere videntur, ea sollicito studio praestare satagamus. Quum itaque venerabilis Frater Ioannes Maria Cessou, Episcopus titularis Verinopolitanus et Vicarius Apostolicus Togonensis in Africa Occidentali, ab Apostolica Sede enixe expostulaverit ut ex amplissimo sui Vicariatus territorio pars ad septentrionem sita distraheretur et nova ibi institueretur Missio, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, considerantes quantum id ad Christi regnum facilius aptiusque in regione illa prolatandum prodesse valeat, omnibus mature perpensis, praefati Antistitis precibus annuere decrevimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, suprema Nostra auctoritate, ex Apostolici quem supra diximus Vicariatus Togonensis territorio civiles districtus de *Sokode,* de *Bassari,* de *Lamalcara* et de *Sansane-Mango* seiungimus atque territorium his

districtibus efformatum in novam Praefecturam Apostolicam erigimus et constituimus, eamque *de SoJcode* nuncupandam volumus, et apostolicis Societatis Lugdunensis Missionum ad Afros sodalium curis, qui in regione illa impenso studio iam diu adlaborant, etiam in posterum, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis beneplacitum, concredimus. Novae insuper huic de Sokode Praefecturae eiusque pro tempore Praefectis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem tum Praefecturae tum earum Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica^dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die duodevicesima mensis maii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. -J?H. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius 8. R. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. G. de Propaganda Fide Praef.

f Dominicus Spolverini, Archiep. tit. Larissén, *Proton. Apost.*
Carolus Eespighi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVII, n. ll, **- Al. Trussardi.**

IV

DE CUTTACK

MISSIO SUI IURIS DE CUTTACK IN INDIIS ORIENTALIBUS IN DIOECESIM ERIGITUR, « CUTTACKENSEM » NUNCUPANDAM.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Si catholicum nomen in quavis sui iuris Missione, in Indiis Orientalibus exstante, felicius, De'o favente, succreverit, Apostolica Sedes Missionem illam solet in dioecesim evehere et constituere, praesertim quum id peculiaria locorum rerumque adiuncta exigere videantur. Iamvero cum Missio sui iuris de Cuttack, Apostolicis sub anulo Piscatoris Litteris die duodevicesima mensis iulii anno millesimo nongentesimo vicesimo octavo datis, ex seiuncto dioecesis Vizagapatamensis territorio a Nobis erecta, non mediocrem, tum ob conspicuum christifidelium numerum tum ob praeclara religionis opera, postremis hisce annis profectum fecerit, Venerabilis Prater Leo Petrus Kierkels, Archiepiscopus titularis Salaminensis et in Indiis Orientalibus Delegatus Apostolicus, enixas Nobis preces obtulit ut Missio illa in dioecesim constitueretur. Nos vero, conlatis consiliis cum venerabilibus Fratribus S. R. E. Cardinalibus Christiano Nomini propagando praepositis, re mature perpensa, praefatis precibus amnuere decrevimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine, Missionem *sui iuris* de Cuttack in dioecesim evehimus et erigimus, eamque *Cuttaclcensem* nuncupandam volumus ac decernimus; Episcopi autem sedem in urbe *Guttaok,* in quam gubernii civilis de *Cuttach* sedes nuper translata est, constituimus, et cathedram episcopalem in Ecclesia Ss. Rosarii ibidem exstante figimus, quam proinde ad ecclesiae cathedralis gradum et dignitatem extollimus cum omnibus iuribus et privilegiis, honoribus et praerogativis, quibus ceterae cathedrales iure communi fruuntur, et cum omnibus pariter adnexis oneribus et obligationibus. Nova autem haec dioecesis Cuttackensis eosdem habebit fines, quos hucusque habuit Missio de *CuttacJc,* illamque suffraganeam constituimus Metropolitanae Ecclesiae

Madraspolitanae, atque eius pro tempore Episcopos metropolitico iuri Archiepiscopi Madraspolitani subiicimus. Hisce insuper pro tempore Antistitibus iura omnia, honores, insignia, favores, gratias, potestates et privilegia tribuimus, quibus ceteri per orbem Episcopi gaudent, eosque omnibus item oneribus et obligationibus adstringimus, quibus ceteri adstringuntur. Cum autem Missio de *Cuttack* apostolicis sodalium curis Congregationis Missionis hucusque commissa fuerit, dioecesis quoque Cuttackensis eidem Congregationi, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, posthac concredita manebit. Cum vero praesentis temporis adiuncta haud permittant, quominus in nova ista dioecesi canonicorum Capitulum cathedrale modo erigatur, indulgemus ut âd iuris tramitem pro canonicis consultores dioecesani interim constituantur. Quod autem attinet ad huius dioeceseos Cuttackensis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem," ad clericorum iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones praescribunt. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu, notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex cèrta scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Statuimus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, «manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indigna-

tionem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo septimo, die prima mensis iunii, Pontificatus Nostri anno sextodecimo.

Fr. TH. PIUS, O. P., Card. BOGGIANI
Cancellarius S. B. E.

P. Card. FUMASONI BIONDI
8. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

Reg. in Cane. Ap., Vol. LVII, n. 20 **- Al. Trussardi**

EPISTULA

AD EMUM **P.** D. ALFRIDTJM ILDEFONSUM TIT. SS. SILVESTRI ET MARTINI IN MONTIBUS S, R. E. PRESB. CARDINALEM SCHUSTER, ARCHIEPISCOPUM MEDIOLANENSEM; DE CENTENARIA CELEBRATIONE ERECTIONIS CONGREGATIONIS GALLICAE ORDINIS SANCTI BENEDICTI IN ABBATIA SOLESMENSI.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Haud parva animi delectatione iam pridem audivimus, inclytum Sancti Benedicti Ordinem propediem esse celebraturum revolutum saeculum, ex quo, post nefastam Gallicarum rerum conversionem, religiosa Benedictinorum sodalium vita, per piissimum Guéranger quadriennio ante in Gallia redintegrata, sollemnem ab Apostolica hac Sede ratihabitionem excepit. Etenim anno MDCCCXXXVII novae Congregationis Gallicae constitutiones a Decessore Nostro f. r. Gregorio XVI approbatae sunt, vetus prioratus Sancti Petri Solesmensis ad Abbatiae honorem evectus, atque ipse Guéranger die XXVI mensis Iulii, in sacrario Basilicae Sancti Pauli extra Urbis moenia, coram Vincentio Bini Abbate religiosa vota professus est. Quum autem inita haec fraternitatis vincula inter Abbatiam Romanam et Gallicam Congregationem numquam relaxata sint, laeto animo etiam accepimus, te, Dilecte Fili Noster, quondam Sancti Pauli Abbatem atque in praesens Ambrosianae Ecclesiae Nobis perdilectae praepositum amplissimique Senatus Nostri participem, sollemnibus proximis Solesmensibus praefuturum esse. Itaque Nos, qui plane cognitum habemus, quanto

Solesmensis ista Congregatio huius saeculi decursu, tum in Europa, tum in utraque America, sodalium domorumque numero peraucta sit, quantoque studio ipsa divinarum rerum contemplationi sacrisque ad Deum precibus incubuerit, ideoque sane quam fecundas uberesque gratiarum e caelo eftusiones in terras devocaverit, sollemnia eiusmodi non modo dilaudamus commendamusque, ut iam antea nuntiavimus, verum Nostra ipsa gratulatione ac perlibenti animo participamus. Tu igitur, Dilecte Fili Noster, patèrna vota atque omina Nostra referens, bonorum religiosorum et Christifidelium in memoriam revocato, quantopere necesse sit, praesenti asperrimo rerum discrimine, sursum attollere corda et voces, ut ferventi caelestium rerum meditatione ac supplici ad Deum eminentissimum precatione, omnes profecto « sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus aèterna ». Quo vero saecularis Gallicae Congregationis celebratio ^maiorem afferat populo utilitatem, tibi ultro damus, ut post Sacrum pontificali ritu peractum adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenam iisdem commissorum veniam proponeus, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Supernarum interea gratiarum conciliatrix ac Nostrae summae voluntatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, perillustri Cardinali Parisiensi Archiepiscopo ceterisque Praesulibus, nec non Abbatibus sodalibusque ex Ordine Sancti Benedicti, iisque universis, qui celebritati intererunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum ex Arce Gandulphi apud Romam, die v mensis iulii, anno MDCCCCXXXVII, Pontificatus Nostri sexto decimo.

PIUS PP. XI

ACTA 88. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

i

DECRETUM

DAMNATUR LIBER, CUI TITULUS « DIE NATÜRLICHE GEISTLEHRE » AUCTORE E. BERGMANN.

Feria IV, die 17 novembris X937

In generali consessu Supremae S. Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito ÉR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum, qui inscribitur :

ERNST BERGMANN, *Die natürliche Geistlehre.*

Et sequenti Feria VI, die 19 eiusdem mensis et anni, Ssnius D. N. D. Pius Divina Providentia Papa XI, in solita audientia Excmo Domino Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 25 novembris 1937.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

Il

DECRETUM

TRES DAMNANTUR LIBRI A PETRO MARTINETTI CONSCRIPTI

Feria IV, die 1 decembris '1937

In generali consessu Supremae S. Congregationis Sancti Officii Emi ac Revmi Domini Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi, audito RR. DD. Consultorum voto, damnarunt atque in indicem libro-

rum prohibitorum inserendos mandarunt tres libros a PETRO MARTINETTI conscriptos, quibus tituli :

Ragione e Fede; Gesù Cristo e il Cristianesimo; Il Vangelo con introduzione e note.

Et sequenti Feria V, die 2 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Papa XI, in solita audientia Excmo Domino Adsessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari iussit.

Datum Eomae, ex Aedibus S. Officii, die 3 decembris 1937.

I. Venturi, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

SANCTAE MARIAE ORMENSIS ET PEMBROKENSIS

DECRETUM

DE FINIBUS DIOECESIUM

Vi Litterarum Apostolicarum diei 16 septembris 1904, erecta fuit dioecesis Sanctae Mariae Ormensis, cuius limites in orientali parte linea recta imaginaria determinati fuerant.

Cum autem Excmus Ordinarius eiusdem dioecesis, consentiente Excmo Ordinario Pembrokensi, ab Apostolica Sede efflagitaverit ut iidem limites, in ea orientali parte, quae dioecesi Pembrokensi finitima est, pressius definiantur, Ssmus Dominus Noster Pius, Div. Prov. Pp. XI, oblatas preces benigne excipiendas decrevit.

Quapropter, vi praesentis Decreti Consistorialis, eadem Sanctitas Sua statuit ut fines inter dioecesim S. Mariae Ormensis et dioecesim Pembrokensem determinentur prouti sequitur : primum per lineam meridianam quae, incipiendo a 47° gradu latitudinis septentrionalis dividit loca (townships) *Riddel* et *Eldridge, Ashin* et *Barile,* dein per successivas lineas parallelas et meridianas, quae signant limites inter loca *Ashin* et *Milne; Olive* et *Milne; Sish* et *Kenny, Kenny* et *Gladman, Gladman* et *Hammel, Hammel* et *Notman, Notman* et *Stewart;* dein per lineam.

parallelam, quae dividit loca *Stewart* et *Merrick* usque ad medium limitem septentrionalem eiusdem loci *Merrick;* inde per lineam meridianam dividentem locum *Merrick* in duas partes aequales, atque per lineam parallelam quae separat partem orientalem *Merrick* ab *West Widdifield;* postea per lineam meridianam dividentem *West Widdifield* ab *E ast Widdifield* usque ad lacum *Trout,* ita ut insula *Eemlock* remaneat in dioecesi *Pembrokensi;* demum per lineam, quae dividit *West Ferris* et *Eimsworth* ab *East Ferris* usque ad flumen *Wistiwasing.*

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est Revmum D. Humbertum Mozzoni, Regentem Delegationem Apostolicam, eidem tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum; eidem facto onere mittendi, intra sex menses, ad hanc S. Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis actus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 27 februarii 1937.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis*

L. 8 S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 12 octobris 1987. — Titulari episcopali Ecclesiae Cinnaeae praefecit Excmum P. D. Matthaeum Mugica y Urrestarazu, hactenus Episcopum Victoriensem.

die 8 novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Lorymiensi Excmum P. D. Eugenium Curien, hactenus Episcopum Rupellensem.

die 27 novembris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Darnitanae Excmum P. D. Ephraem Forni, Nuntium Apostolicum in Aequatore.

die 9 decembris. — Ecclesiae Novarcensi, nuper in metropolitanam evectae, Excmum P. D. Thomam Iosephum Walsh, hactenus eiusdem dioecesis Episcopum.

— Ecclesiae Ludovicopolitanae, nuper in metropolitanam evectae, Excmum P. D. Ioannem Floersh, hactenus eiusdem dioecesis Episcopum.

SACRA CONGREGATIO CONCILII

DIOECESIS V...

IURIS FUNERANDI

Die k iulii 1936

In quadam civitate dioecesis V... duae extant paroeciae, altera S. C. altera vero S. L . i n cuius finibus situm est coemeterium, utrique paroeciae commune. Non longe autem ab ecclesia paroeciali S. O. ... est statio viae ferreae, ex quo factum est ut ab aliquot annis nonnulla cadavera defunctorum, in memoratam urbem delata, quique inibi nec domicilium nec quasi domicilium unquam foverunt, nec legitimam elegerunt sepulturam, a parocho S. C.... funera receperint.

Quod aegre ferens parochus S. L..., occasione funerum cuiusdam viri, quae mense aprili 1930 parochus S. C... persolvit, penes Curiam dioecesanam, die 20 maii 1930, querelas movit, innixus praescripto canonis 1230 § 7 Codicis I. C. Et Curia V..., exhibitis ab utraque parte deductionibus et documentis, die 8 novembris 1935 decretum tulit : « che si stia *sic et simpliciter* al diritto comune, come dal canone 1230 § 7 Codicis I. C, nel senso che viene negata l'esistenza di ogni consuetudine od altro statuto diocesano ».

Contra hoc decretum parochus S. C... die 2 decembris 1935 ad hanc S. Congregationem recurrit, contendens sibi favere in casu consuetudinem quam sarctam tectamque vult memoratus canon 1230 § 7, cum ab anno 1881 ad annum 1930 triginta tria funera, non contradicente parocho S. L..., ab ipsomet fuissent peracta defunctorum qui in sua paroecia domicilium vel quasi domicilium nunquam habuerunt. Affirmat e contra parochus S. L... ab anno 1887 ad annum 1916 funera quadraginta duorum defunctorum, etsi alio commorantium, seipsum persolvisse, instans proinde ut decernatur servari in posterum ius commune, ad normam citati canonis.

ANIMADVERSIONES. — Ex actis et allegatis certo colligitur annis praeteritis ab utroque parocho funera defunctorum de quibus agitur indiscriminatim facta fuisse, quin de suis iuribus tuendis uterque nimium sollicitus fuerit. Quod aperte declarat ipse patronus parochi S. C...

Iamvero, his attentis, facile patet perperam a parocho S. C... invocari consuetudinem, qua iuri communi per Codicem inducto derogare in casu fas esset. Iure enim quo utimur, ut acres et diuturnae controversiae circa ius funerandi et percipiendi emolumenta praecaveantur, Codex firmiores et magis definitas regulas edixit in re funeraria. Praecipue id apparet in praescripto canonis 1230 § 7, quando scilicet iura proprii parochi defuncti qui in alius loci coemeterio sepeliendus transfertur, exerceri non possunt, nec ratione primi et potioris tituli, cum defunctus ad propriam paroeciam non mittatur, nec ratione alterius tituli, electionis nempe ecclesiae funeris, neque adsit ecclesia vere funerans, cum coemeteria omnibus ecclesiis sint communia, tum legislator attendit primum ad praeminentiam inter ecclesias loci, quae est ecclesia cathedralis, qua deficiente, ius funerandi attributum est « ad ecclesiam paroecialem in qua coemeterium situm sit ».

Veruntamen provisio huiusmodi est mere pratica, ad praecavendos abusus de quibus antea, quapropter fit locus et aliis provisionibus, addit enim canon : « nisi aliud ferant loci consuetudo aut dioecesana statuta ». Est ergo statutus ordo, adeo ut nullus fiat locus indeterminatis ecclesiis vel parochis.

Vis proinde consuetudinis in citato canone ea debet esse, quae praecise designet parochum cui ius est, idque exclusivum, defunctos de quibus agitur funerandi, ne ex hac rei incertitudine incommoda exoriantur, quibus removendis praescriptum Codicis intendit. At, cum ex antea relatis in memorata urbe cadavera defunctorum alienigeriarum usque adhuc indiscriminatim funerarentur ab utroque parocho, iure infertur hanc consuetudinem nullam esse ad effectum citati canonis, immo nullam in casu extare consuetudinem, quia non determinatur praecise utri parocho ius competat alienigenas funerandi. Res itaque erat incerta, quod ante Codicem sustinebatur, in praesens, reformato iure, amplius non tenet.

Quod autem attinet ad vim ipsam consuetudinis, a parocho S. C... adductam, satis sit animadvertere : *a)* omittenda esse funera peracta ante Codicem promulgatum; 6) adsertam praxim non fuisse pacificam, nec generalem, multa enim cadavera inhumationi dedit parochus S. L...; c) deficere omnia elementa constitutiva legitimae consuetudinis, res enim est tantummodo de actis contra legem unius parochi, non communitatis cuiuscumque. A fortiori nec potest invocari praescriptio.

RESOLUTIO. — In Congregatione plenaria huius S. Congregationis diei 4 iulii 1936, dubio proposito: *An recursus parochi S. G... contra*

decretum Curiae V... diei 8 novembris 1935 admittendus sit in casu; Emi Patres responderunt : *Negative, seu recursum esse reiiciendum.*

Facta autem de his relatione Ssmo Domino nostro Pio div. Prov. Pp. XI per subscriptum Secretarium huius Sacrae Congregationis in Audientia diei 10 iulii 1936, Sanctitas Sua relatam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

I. Bruno, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

INSTRUCTIO

DE COORDINATIONE PIAE UNIONIS CLERI PRO MISSIONIBUS CUM OPERIBUS MISSIONALIBUS.

Ut universa cooperationis missionalis actio magis magisque perficiatur ac roboretur, Comitatibus seu Consiliis, de quibus in Motu proprio *Decessor Noster,* Pia Unio Cleri pro Missionibus, debita a gummo Pontifice Pio XI obtenta potestate, accedit.

Comitatus Nationales Pontificalium Operum Missionalium, necnon Summum Consilium (seu Comitatus supremus), Motu Proprio *Decessor Noster* instituta, ita perficiuntur :

A) *De Comitatibus Nationalibus cooperationis missionalis*

1. In diversis nationibus Comitatus Nationalis constabit Directoribus et Secretariis Nationalibus Piae Unionis Cleri et Pontificalium Operum pro Missionibus, quae sunt in natione, singulisque Consiliariis singulorum Operum et Unionis Cleri, a Consilio Nationali respectivo electis.

2. Comitatus Praeses, qui ab ipso Comitatu eligetur inter Directores Nationales Piae Unionis Cleri et Pontificalium Operum, tres annos in munere manebit iterumque eligi poterit.

3. Comitatus, Praeside convocante, semel saltem in anno conveniet et quoties Praeses opportunum iudicaverit. Idem suffragiorum maiori parte absoluta decernet.

4. Comitatus erit in unaquaque natione ea curare quae ad commune bonum pertinent Unionis Cleri et Operum Missionalium, intra nationis limites exsistentium; itemque difficultates, quae fortasse occurrerint, dirimere.

B) *De Comitatu supremo cooperationis missionalis*

5. Summum Consilium (seu Comitatus supremus) Pontificiis Missionalibus Operibus et Unioni Cleri regundis constabit Praeside Operum Pontificalium pro Missionibus et Consilii internationalis Unionis Cleri, Secretariis generalibus ipsorum Operum et Piae Unionis Cleri, unoque consiliario singulorum Operum et Piae Unionis Cleri a Consiliis electis.

6. Comitatui huiusmodi Praeses Pontificalium Operum Missionalium et Unionis Cleri praeest.

7. Comitatus huius erit omnia providere ut Unio Cleri et Opera Missionalia ordinatim fructuoseque propriam actionem explicare valeant, atque difficultates, si quae obortae fuerint, componere.

8. Quae in hoc Comitatu decernuntur, ad Emum Cardinalem S. C. de Propaganda Fide Praefectum recognoscenda atque confirmanda deferuntur.

9. Comitatus Supremus secundo quoque mense ordinarie convocabitur et extra ordinem quoties Praeses opportunum iudicaverit.

De commentario generali

10. Commentarium generale, quod, ad mentem Motu Proprio supra citati, commune est Pont. Operibus a Propagatione Fidei et a S. Petro Apostolo, erit et pro Secretariatu Internationali P. U. C. pro Missionibus.

Praesentem Instructionem in Audientia diei 9 martii an, 1937, Ssmus D. N. Pius, divina Providentia Papa XI, audita relatione infrascripti Secretarii S. Congregationis de Propaganda Fide, ratam habere et adprobare dignatus est.

f C. Costantini, Archiep. tit. Theodosien., *Secretarius.*

II

PROVISIOECCLESIARUM

Singulis ut infra datis decretis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Papa XI dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum :

die 1 iulii 1937. — Cathedrali Ecclesiae Nagasakiensi praefecit R. P. Paulum Ai jiro Yamaguchi e clero iaponensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lamianae R. P. Ioannem Baptistam Wang e Congregatione Missionis, quem constituit Vicarium Apostolicum de Ankwo.

die 12 augusti. — Metropolitanae Ecclesiae Bombayensi R. P. Thomam Roberts, S. I.

die 22 septembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Salonitanae R. P. Iacobum Leonem Ossola, ex O. M. Capp., quem constituit Vicarium Apostolicum de Hârar.

die 25 septembris. — Cathedrali Ecclesiae Quilonensi R. P. Hieronymum Fernandez, e clero saeculari indigeno.

die 9 novembris. — Cathedrali Ecclesiae de Yokohama in Japonia, noviter erectae, Exc. P. D. Ioannem Alexium Chambón, hactenus Archiepiscopum Tokiensem, servato titulo archiepiscopi ad personam.

die 2 decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Tokiensi, R. D. Petrum Doi Tatsuo e clero iaponensi.

— Cathedrali Ecclesiae Calicutensi R. P. Leonem Proserpio, e S. L

— Titulari episcopali Ecclesiae Daldianae, R. P. Carolum Weber, e Societate Verbi Divini, quem constituit Vicarium Apostolicum de Ichowfu.

— Titulari episcopali Ecclesiae Menelaitensi, R. P. Octavium Terrienne, e Societate Issoudunensi Missionariorum Ssmi Cordis Iesu, quem constituit Vicarium Apostolicum Insularum Gilbertinarum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Furnitanae Maioris, R. P. Marcellum Grandin, e Congregatione Sancti Spiritus, quem constituit Vicarium Apostolicum de Oubangui-Chari.

— Titulari episcopali Ecclesiae Thoitanae R. P. Fridericum M. Blessing, ex Ordine Sanctae Crucis, quem constituit Vicarium Apostolicum de Bondo.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bisicensi R. P. Franciscum Xaverium Tchao, S. L, quem constituit Vicarium Apostolicum de Sienhsien.

die 3 decembris. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Garellensi^ Exc. P. D. Edoardum Tonna, hactenus archiepiscopum Smyrnensem.

die 13 decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Pharitanae R. P. Ioannem B. Chabalier, e Societate Parisiensi pro Missionibus ad Exteras gentes, quem constituit Vicarium Apostolicum de Phnom-Penh.

III

NOMINATIONES

Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando datis decretis, ut, infra, ad suum beneplacitum renunciavit :

die 22 octobris. — R. P. Marcellianum a Guerche, O. M. Capp., *Praefectum Apostolicum de Qibuti.*

— R. P. Michaelem Verhoeks, e Congregatione Missionis, *Praefectum Apostolicum de Soerabaja.*

die 12 novembris. — R. P. Adolphum a Vingen, O. M. Capp., *Praefectum Apostolicum Insularum Mayottae, Nossibeae et Comorae.*

— R. P. Hieronymum Haberstroh, e Societate Verbi Divini, *Praefectum Apostolicum de Sining.*

die 10 decembris. — R. P. Mathiam M. Bucholz, Missionarium Ssmi Cordis de Issoudun, *Praefectum Apostolicum de Shihtsien.*

die 17 decembris. — Ferdinandum Martin, e Societate Missionariorum Africae, *Praefectum Apostolicum de Fort Jameson.*

IV

DESIGNATIO PRO APPELLATIONE

Ad normam Canonis 1594 § 3 Codicis I. C. Vicarius Apostolicus de Alaska designavit Tribunal Vicariatus Apostolici Yukonensis et Principis Rüper ti pro causis secundae instantiae. Quam designationem Sanctissimus approbavit in Audientia diei 21 octobris a. 1937.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

ROMANA SEU WESTMONASTERIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI DOMINICI A MATRE DEI, SACERDOTIS PROFESSI E CONGREGATIONE CRUCIS ET PASSIONIS D. N. I.C."

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deutß cum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Postquam lugendum saeculi xvi schisma, nobilem Anglorum gentem e Matris Ecclesiae gremio divulsit, catholicum nomen diu pene obliteratum veluti delitescere in Anglia visum est : verum prof usus olim martyrum sanguis novae pro Christo et Ecclesia messis certam spem dabat.

Et sane post relaxatas sensim persecutionis leges, tandem, uno iam ante saeculo, miserentis Dei consilio, restituta catholicis libertas est eo ferme tempore QUO nonnulli ex Anglicanis, doctrina ac moribus praestantissimi, nobili veritatis studio impulsi, ad veram suorum patrum fidem accedebant. Qui motus, dictus Oxoniensis ex celebri studiorum Universitate, ubi maxima viguit, plures ex iis ad Sanctae Matris Ecclesiae amplexum filios desideratissimos reddidit. Illustres prae ceteris sanctissimae memoriae viri Manning. Newman, Faber, germani in fide, fratres nobilissimorum martyrum Cardinalis Fisher et Thomae More, aliorumque Christi militum, qui, saeviente persecutione, catholicam fidem sanguine obsignaverant.

Dum haec parabantur plena spei tempora, miserentissimus Deus, qui infirma mundi eligit ut confundat fortia, novum adiumentum Angliae praebuit, humilem S. Pauli a Cruce filium, Dominicum a Matre Dei.

Votum, tunc explere videbatur Deus S. Pauli a Cruce, Congregationis a Cruce et Passione D. N. I. C. conditoris, qui vehementi caritatis ardore Anglicae gentis reditum ad catholicam fidem percupiverat. Quem in finem ille Sanctus, ut scribit Leo XIII fel. rec. in suis litteris ad Anglos (14 aprilis 1895) : (i Non sine quodam caelesti afflatu %d thronum divinae gratiae supplicandum instabat, eoque enixius, quo minus favere optatis tempora videbantur ». Et sane S. Paulus a Cruce die 29 decembris a. 1720, S. Thomae, Episcopo Cantuariensi Martyri, sacra, peculiari impulsione, uti ipse fatetur, motus fuit ut Deum pro Angliae conversione exoraret, « maxime vero ut... amor et... adoratio Ssmi Sacramenti magis magisque dilataretur)). Quas preces per quinquagintaquinque annos ab eo fervidissime ingeminatas, Sanctus Conditor pretiosae hereditatis instar suae religiosae familiae perpetuandas reliquit; quin immo, superno lumine forte illustratum, suos filios stabilem sedem in Anglia cepturos persensit, quod feliciter, duce Ven. Dominico a Matre Dei, evenit.

Is prope Viterbium die 22 iunii a. D. 1792 ex Iosepho Barberi et Maria Antonia Pacelli, honestis piisque ruricolis, ortus est, atque post biduum sacris baptismalibus aquis Deo renatus.

Sub vigili matris amantissimae tutela ac industria, in christianis virtutibus et in tenerrima erga Beatam Virginem religione institutus fuit. Utroque parente mature orbatus, sub avunculi disciplina, qui patris vices erga" eum gerebat, agrestibus laboribus operam impendit, quin tamen litterarum studia negligerei.

Viginti duos annos natus inter Sodales Congregationis Crucis et Passionis" D. N. I. C. exceptus, non modo religiosae perfectioni assequendae animum alacri conatu intendit, sed et sacris disciplinis addiscendis eo

studio ac profectu incubuit, ut postea cum laude easdocuerit. Anno 18.15 religiosa vota nuncupavit, tribusque annis post, sacerdotio auctus, pluribus magni momenti muniis adeo sancte functus est, ut dignus fuerit habitus, qui in Belgium mitteretur, ut primam sui Instituti domum ibi erigerei, sequentique anno in Angliam, quo eum Divina Providentia? supernaturali inspiratione iampridem praemonitum destinaverat. Ad eum difficillimum campum, densis haeresum dumis late undique obsitunu Dominicus noster advenit, ut olim missi a Christo discipuli, nullo fere humano instructus praesidio, sed immetata in Deum fiducia fretus atipie ea intus urgente caritate Christi, quae omnia suffert, omnia sperat, oratola vincit. Et sane vix dici potest quot ac quantas, primo praesertim sui apostolatus tempore, difficultates obvias habuerit Servus Dei : quot irrisiones, convicia, ludibria pertulerit. Verum nihil horum fidelissimus Pauli a Cruce filius verebatur, qui eo ad venerat ut Christum crucifixum exemplo potius quam verbo praedicaret: atque illud profecto fuit praecipuum élus apostolatus robur, quod sanctitate vitae verbum veritatis mirifice coPr firmaverit. Summa proinde religiosae vitae in eo austeritas) impiger animarum zelus, mira patientia, temporalium bonorum omniumque commoditatum despectus, animi summa demissio, assiduae orationis studium^ effusissima in proximum caritas.

Hic virtutum fulgor Anglorum animos in eum convertit, quorum plures eius sermonum quidem ac scriptorum doctrinam, divinis signis confirmatam admirati, sed magis sanctissima vita allecti, ad Ecclesiae Catholicae sinum redierunt. Quos inter Ioannes Henricus Newman, dein S. R. E. Cardinalis, quem supra honoris causa memoravimus, nonnullique alii e primoribus Oxoniensis Universitatis Doctoribus, quo factum est, ut catholica fides magnum inde per eum in Anglia incrementum susceperit, meliorumque temporum aurora catholicis illuxerit. Nec illud praetereundum quod eius opera prima vice, post deplorandum schisma, sacrosanctum Eucharisticum Sacramentum, uti S. Paulus a Cruce In mentis excessu praeviderat, triumphali pompa honestatum fuerit.

Nondum octavus annus ab eius in Angliam adventu excesserat, quum Deo placuit fidelem suum servum ad coronam tot tantisque laboribus sibi comparatam advocare. Porro ministerii sui causa, cum religioso sodali iter agens, subitaneo cardiaco morbo correptus, diris cruciatibus patiBntissime toleratis et sacramentali confessione expiatus, die 27 augusti a. 1849, pluries ea verba ingeminans : *Fiat voluntas tua,* in alieno diversorio animam Deo reddidit. Ven. Dominici exuviae reverentiae signis,.:a Protestantibus quoque, honestatae sunt, eisque iusta funebria triumpho similia sunt visa.

Sanctitatis fama, quae dum ipse degebat in terra vivax fuerat, post obitum vivacior erupit, non solum apud Catholicos sed et apud Protestantes, mirantibus omnibus tum virtutum splendorem, cum stupendos ab eo collectos animarum conversionum fructus. Quare in Urbe aliisque locis ordinaria auctoritate, etiam per rogatoriales litteras adornati sunt processus; anno autem 1911 die 14 iunii Introductionis Causae Commissio a Pio X sa. me. fuit obsignata. Apostolicae deinde inquisitiones habitae sunt Viterbii, Veruiis atque Birmingamii, pro quarum iuridica vi die 2 martii a. 1932 ab hac S. Congregatione editum est decretum.

